tione fomitis cōcupiscētia oīno fuerit extincta. Itē
vbicūq̄z est fomes. est necessitas ad aliquod peccatum
veniale. ergo cū in nulla fuerit peccādi necessitas. q̄ in
ea nulla culpa. ergo videt q̄ fomitis cōcupiscētia in ea
fuerit oīno extincta. Itē fomes reddit illum difficilem ad bonū in quo est. Sed in beata virgine nulla
fuit difficultas ad bonū. ergo videt q̄ post ꝑmaz sanctificationē non remanserit in ea cōcupiscētie vitium.

Itē si tanta gratia fomitē minuit. ꝛ maioꝛ gr̄a magis minuit. et ꝑfecta totaliter extinguit. Sed gloriose vgini in ipsa sua sanctificatōe ꝑma collata fuit gratia ꝑfecta. ergo oīno fuit extincta ĩ ea cōcupiscētia. Sz
cōtra. Dam̄. dicit. ꝛ habet in littera. Post cōsensuz virginis ꝑuenit spūssanct⁹ in ipam scām verbū qō dixit angelus ad eā purgans eam. sed nō purgauit a culpa. ergo purgauit ab originali sequela. hec aūt ē fomitis concupiscētia. ergo ꝛc. Item magister in littera.
Mariam quoq̄z totam spūssanctus ꝓueniens purgauit. et a fomite peccati liberauit. vel fomitem ipm̄ penitus extinguendo vel exterminādo. hoc dicit de sanctificatōne secūda. ergo ante ipam nō fuit fomes extinct⁹.
Itē Beda in q̄dā omelia. In ꝓposito virginis erat omniū hominū frequētiā fugere. ne ꝓturbaretur orantis silentium. aut virginalis castitas temptaretur. ergo videt q̄ occasione accepta ab extrinseco. excitari poterat in ea fomitis cōcupiscētia ꝑaua. ergo oīno nō fuit extinctus. Itē si oīno fuisset in ea extinctus fomes cōcupiscētie. ergo secūda sāctificatio nō fuisset opportuna. Si ergo opportuna fuit. videt q̄ aliq̄d remāserit ĩ ea fomitis cōcupiscētie. Rō. Dōm q̄ circa hāc que- 31
stionē est triplex modus dicēdi. Quidā dicere volunt q̄ nec in ꝑma nec in secūda sanctificatione extinctus erat in ea fomes cōcupiscētie. sed solum consopit⁹ fm q̄ plus ꝛ minus fomes habet causam in carne. vnde nō directā habet oppositionē ad grām scām essentiam. sed fm inclinationem. ideo si gratia magna est. fomes minus inclinat. cuius q̄ gratia nō deleatur eius essentia.
Quoniam ergo in virgine magna fuit gratia in ꝑma sanctificatione. et valde magna in secunda. hinc est. q̄ in ꝑma fuit consopitus. ꝛ in secūda magis cōsopit⁹. cuius nō oīno fuerit extinctus vel euacuatus. Sed qm̄ caro christi sumpta est de carne virginis. in xpo etiam nulla fuit cōcupiscētia fomitis. cū caro christi ꝛbeat carni virginis assimulari post virginis sanctificatō nem. sicut caro aliorū parentum. videtur q̄ spūssanct⁹ secūdo sup eā aduenies ꝑsus extinxerit fomitem. Et ideo p̄dicta opinio nō videt habere ꝓbabilitatē. Se
cundus modus dicēdi est. q̄ tā in ꝑma cuz in secūda sanctificatōne fuerit in ea extinctus fomes. sed aliter ꝛ aliter. In ꝑma namq̄z extinctus fuit cuz respicit ꝑsonā in secūda cuz respicit naturam. In ꝑma ergo sanctificatōne mūdata fuit vt nunq̄z peccaret. In secūda ꝛo sanctificata fuit vt germē pie ꝓlis emitteret sine peccato. nō solū actuali. sed etiā veniali. In ꝑma etiā sanctificatōne extinctus fuit fomes. inq̄tum reddit ꝓnū ad malum. in secūda cuz tum difficilem ad bonum. Sed illud difficile est intelligere. q̄z hoc ipo q̄ ꝓni sum⁹ ad malū. difficiles sumus ad bonū. quo extingui pōt cuz tū ad ꝓnitatē ad malum. ipo remanere cuz tum ad difficultatem ad bonuz. Rursus qualiter ꝑ intelligi q̄ fomes possit extingui inq̄tum respicit ꝑsonaz. ꝛ nō sit extin-

ctus inquantū respicit naturā·cum ibi sit vnus fomes sic diuersimode cōparatus·z extinctio dicat ipius fo/mitis eradicationē·nō videt vsq3 intelligibile quomodo fomes extinguat in prima sanctificatōe·z tm̄ nihilominus remaneat respectu plis ꝓpagande·Si enim extinguit̄·non ergo remanet aliquo modo nisi quis forte accipiat extinctōnē largo modo ꝑ ablutione inclinationis ad malū respectu persone in qua est·z ita forsan fis intelligit̄ ꝓdicta positio quā satis ꝓbabilē z ratio/nabilem credo. Tertius autē est modus dicendi videlicet ꝙ in prima sanctificatiōe fuit fomes in virgine cōsopitus·in scōa extinctus z eradicatus. Fomes enī radicat̄ in carne z ascendit vsq3 ad mentē. In p̄ma sanctificatiōe virgini collata est tanta gratia perfectiōis·ꝙ redūdaret in eius sensualitate in tanta redūdātia vt fomitē adeo reꝑmeret ꝙ nullū effectū ad incitandū aliquādo haberet. In scōa autē sanctificatōe in qua spiritussanctus non tm̄ descēdit in mentē sed etiā in carnē. et de carne oꝑatus est·de ea mirabiliter carnē sine macula fabricādo·reliquit ipius carnem imaculatā·extirpando ex ea z fomitē z oēm cōcupiscentiā·et hoc sonāt verba Bern̄·magistri·z dam̄·sicut ꝓz in auctoritatib⁹ in oppōnēdo habitis. Unde rōnes ꝓbantes ꝙ in p̄ma
32 sanctificatiōe non fuit fomes oīno extinctus cōcedende sunt. Ad illud qō opponit̄ ꝙ virgo maria fuit gratia plena in p̄ma santificatiōe·dōm ꝙ aliter fuit plena in prima. sed z aliter in scōa. In p̄ma fuit plena fm̄ ꝙ expediebat ad meritū. In scōa fm̄ ꝙ expediebat ad cōcipiendū filiū dei. Et ideo prima sanctificatio respiciebat virginē fm̄ animā. Scōa autē respiciebat virginē
33 totā fm̄ ꝙ dicit magister. Mariā quoq3 totā. ss. puniens. Ad illud qō opponit̄. Fomes impellit ad necessitatē ad peccādū venialiter. z ad difficultatē ad bonum. dōm ꝙ illud est verū vbi est fomes in vigore suo vbi non reꝑimit̄ a gratia mouēte ad contrariū. z ideo non habuit locū in virgine vbi fuit gratia ꝑfecta tran
34 quillans eius animā z potētias. Et sic patz responsio ad illa duo. Ad illud qō obiicit̄ de perfectōe gratie dōm ꝙ gratia que directe respicit animā minuit fomitem q3tum ad inclinationē. sed non oportet vt minuat q3tum ad radicē. z ideo non sequit̄ ꝙ ꝑfectionē illius gratie fomitis concupiscētia euellat̄. sed solum vt eius inclinatio consopiat̄. z hoc quidem cōcedendū est tanq3 verum.

Questio. III f

Utrū in scōa sanctificatōe ablata fuerit ab ea peccādi potentia. Et videt ꝙ sic. primo ꝑ Amb. in li. de virginitate beate virginis. Impossibile fuit vterū virgis quē filius dei inhabitādo cōsecrauit. aliene copule coitu incestari. sed similis ratio fuit de alienis generibus peccatoꝝ. ergo videt ꝙ nullo alio peccati genere potuit maculari post ꝯceptionē filij dei. Item vitu periū esset xp̄o si haberet mr̄em peccatricē. si ergo xp̄o in nullo potest fieri cōtumelia. videt ꝙ post ip̄ius ꝯceptionē in beata virgine nō potuerit esse culpa. Item si beata virgo potuit peccare. potuit in petō pseuerare. ergo potuit damnari. Si ergo matrē dei et reginā celoꝝ in inferno damnari oīno est impossibile. ergo z illud er q̄ sequit̄. scz hoc qō ponitur ip̄am posse peccare. ergo ꝛc.

Item dignior fuit mater xp̄i er hoc ꝙ mater dei effecta est q3 sit aliq3 angelus in celo. Si g̃ angeli boni in gratia sunt cōfirmati. multo magis et mater dei. g̃ ꝛc.

Sed �contra Lu. j. Tuam ip̄ius animā ptransibit gladius. Hoc verbū tractans dam̄. dicit. Dolores quos virgo effugit pariens. hos in christi passione sustinuit. ita ꝙ gladius animā eius ptrāsiuit. ergo ip̄ius anima fuit in christi passione turbata. z ira pturbata. Si ergo potuit pturbari. videt ꝙ potuit ad venialē pertrahi.

Item Aug. in questione no. z ye. te. tractans illud. Tuam ip̄ius animā ptransibit gladi⁹. Animā ait. sic hic vtiq3 signauit ꝙ maria ꝙ quam gestum est mysterū incarnatōis dubitaret. non tm̄ in dubitatōe ꝑmaneret. Si ergo postq3 genuit filiū dei potuit dubitare in fide. potuit peccare. Item potentia moriēdi cōsequitur potentiā peccādi. Sed beata virgo maria post cōceptionē mori potuit. ergo videtur ꝙ peccare potuit.

Item impotētia peccādi spectat ad statū cōmpōbensoris. sed beata virgo ex hoc ꝙ filiū dei genuit non est posita extra statū viatoris. ergo videt ꝙ non sit ei ablata peccandi potentia. R⁹. dōm ꝙ in scōa sanctifica 35
tione non tm̄ fuit data virgini gratia sanctificans. sed etiā gratia in bono cōfirmans. et hoc qr filio suo adco fuit cōiuncta. vt nullo modo ꝑmitteret eam a seipsa sequestrari. Propter qō notandi sunt gradus diuinoꝝ 36
beneficioꝝ. Christus enim qui fuit sanctus sanctoꝝ facultatem habuit vitandi omne petm̄. z impossibilitatē cōmittendi aliqō peccatū. Alij vero filij hominū difficultatem habent ad vitandū peccatū. z necessitatem ad cōmittendū. Et hoc quidem competit omnib⁹ generatis de massa peccati. Ab hac ergo massa liberata fuit virgo maria in prima sanctificatōe. liberata fuit etiam in secūda. Sed in prima fuit conformis filio quem genuit. In prima nanq3 sanctificatōe data est ei potestas et facultas vitandi omne peccatū mortale. data est etiam facultas vitandi frequentiā venialiū. datq3 est etiā nihilominus facultas vitandi omne peccatuz non tm̄ particulariter sed etiaz vniuersaliter. Et in his tribus gradibus patent tres gradus sanctificationū. videlicet Johis baptiste Iere. z marie. Nam prima cōditio fuit Iere. Secūda vero ioānis. Sed ista triplex virginis marie. que plus ad filij accessit puritatē ꝑ vite meritum. Sed cum sanctū sanctoꝝ gestauit in vtero suo. tunc sanctificata fuit cōformiter filio suo. non tm̄ q3tum ad impotentiā ad peccatū. sed etiā q3tum ad impossibilitatē labendi in aliqō peccatū. Unde sicut impossibile fuit ꝓpter honorē filij sui vt alium haberet filium. sic impossibile fuit vt vnq3 vlterius haberet peccatum. Sicut etiam impossibile fuit vt carnis virginitas violaret̄. in qua filius dei habitauerat. sic impossibile fuit vt mentis sanctitas aliqua culpa macularet̄. Ad cuius testimoniū valet qō iudei asserūt hoc mirum fuisse in virgine maria. ꝙ cum esset pulcherrima. tamē a nullo vnq3 viro fuerit corrupta. Nec vilipendendū est illud infideliū testimoniū. oportz enim testimoniū habere ab his qui foris sunt. Concedēde sunt ergo rationes ostendētes ꝙ beata virgo maria post filij dei cōceptionem peccare nō potuit. non ꝓpter alicuius potentie amissionē. sed ꝓpter potentie confirmationez et defectus ablationē. Ad illud ergo quod primo op/ 37
ponitur. ꝙ beata virgo fuit pturbata. dicendū ꝙ īmensitas illa doloris non refertur ad partem animē rationalem sed sensibilē. Unde anima stat ibi ꝓ illa parte fm̄ quam conuertit̄ ad corpus. vnde non fuit pturbata fm̄ ꝙ pturbatio dicit deordinationē in parte rationali. Ad illud quod oppōnit̄ de auctoritate. q. no. z 38
ve. testa. ꝙ beata virgo dubitauit. dicendū ꝙ non conuenit illum li. esse Aug. ꝓpter hoc ꝙ ibi multa sunt q̄ non vident̄ esse verba Augustini. verūtamen ne fugaz

petere videamur. dici potest q̄ est dubitatio ꝓueniēs ex fidei debilitate. ⁊ est quedam dubitatio ꝓueniens ex ammiratōis īmensitate qua dicit̄ homo dubitare cum stupescit. et quasi fit totus extra se ex intuitu rei admirabilis. ⁊ hoc modo intelligendū est virginē dubitasse
39 non ꝓpter defectū fidei. Indubitāter enim credenduz est q̄ virgo maria semper stetit Unde in ea fides sibi inuenit solidū fundamentū. Unde discipulis non credētibus ⁊ dubitātibus ipa fuit in qua fides ecclesie remāserat solida ⁊ inconcussa. ⁊ ideo diem sabbati solēnizat
40 in honorē eius omnis ecclesia. Ad illud quod opponitur q̄ potuit mori. dicendū q̄ non est simile pro eo q̄ non fuit decens filiū dei habere matrem īmortalē cum ipse esset mortalis. sed valde indecens esset si haberet matrem peccatricē. q̄uis Hieronimus dicat q̄ solum peccatrices numerātur in genealogia saluatoris. hoc enim non est ꝓpter peccatū. sed ꝓpter aliquod speciale factum. ꝓpter quod ille mulieres exprimunt̄ in scriptura. Et complet̄ in eis illa ꝓphetia Esai. xvj. Emitte agnum dominatorē ⁊c. quod de Ruth exponit Hieronimus. Quicquid tamen sit de parentib⁹ remotis. nulli dubium est de matre dei. quin talis debuerit esse que non potuerit redargui de peccato. quia fuisset ad improperium christi. Ad illud quod opponitur de 41
impossibilitate peccandi. dicendū q̄ verum est quantum est de lege communi. sed nihil impedit quin de gratia speciali possit alicui concedi in via. Quod alijs communiter datur in patria. et illi persone precipue que in terris degens. regina erat eoruz qui exultant in celis.

Utrum caro christi in abraā fuerit decimata.

Cum autem illa caro cuius excellentia ⁊c. Supra ostendit magister qualiter beata virgo fuit sanctificata ex qua caro christi est assumpta. in hac v̄o parte ad maiorē intellectū inquirit. Utrum caro christi in abraam fuerit decimata. Diuiditur autem pars ista in tres partes. In quarū prima inquirit magister. Utrū caro christi potuerit decimari vel debuerit in abraam In secūda post huius determinationē elicit quandaz conclusionem q̄ caro christi non fuit caro peccati. ibi. Quo circa primitiuā nostre masse. In tertia vero ⁊ vltima dissoluit quandā dubitationē de formatione corporis dominici. ibi. Illi autē sententie. Subdiuisiōes autē partiū manifeste sunt in littera.

42 a Illa caro ⁊c Contra videtur hoc falsuz. q̄ nō est pctm̄ nisi ī anima vel ratōne a anime. sed caro illa non fuit ante nata q̄z verbo vnita. ergo non fuit pctō obnoxia. Item beata virgo ante cōceptionez filij dei fuit sanctificata ergo caro ei⁹ nō fuit pctō obnoxia. R⁰. dōz q̄ sicut tactuz fuit in precedētibus aliquādo. pctm̄ dicit̄ ipsa pena. vl̄ sequela. dico ergo q̄ caro non dicitur obnoxia pctō ratione culpe. sed ratōne feditatis q̄ est culpe causa. ⁊ ratione passibilitatis que est culpe pena. et vtroq̄ modo fuit peccato obnoxia maria ante sanctificationez. secūdo modo postea Et sic patent illa duo.

Qua intelligentia leui decimatus dicat̄ ī abraam.

43 b Primitiuaz nostre masse Cōtra. videt̄ hoc eē falsum. quia cuz incarnatus sit ī fine seculoꝝ. potius videt̄ assumpsisse reliquias nostre masse q̄z primitiua. R⁰ dicēdū q̄ p̄mitiuam nostre masse dicit̄ christus assūpsisse triplici ratione. Naz primitiuus dicitur ab eo q̄d est primū. primum autem dicit̄ aliquid s̄m ordinē dignitatis. ⁊ sic non est dubium quin christus assumpsit nr̄e carnis primitiua ꝓ eo q̄ ei⁹ caro excedit omnem dignitatez carnis humane Scd̄m autem q̄ primitiuus dicit̄ a p̄oritate s̄m temp⁹ dicit̄ christus assumpsisse primitiuū nostre masse. nō per prioritatem. sed ꝑ conformitatē ⁊ similitudinem. Duplex est autē ratio ꝯformitatis ibi. Una q̄ntum ad q̄litatem alia

Aug⁹. sup Gen.

Scd̄m aliquē modū ibi fuit leui q̄ nō xp̄s.

Utrum caro christi potuerit vel debuerit decimari in abraam. d

Cum autem[a] illa caro cuius excellentia singularis v̄bis explicari non valet. anteq̄z esset verbo vnita. obnoxia fuerit a pecato in maria ⁊ in alijs a quibus ꝓpagatione traducta est. non immerito videri potest in abraaz peccato subiacuisse. cuius vniuersa caro peccato subiacebat. vnde queri solet quare leui decimatus dicatur in abraam et non christus. cum in lumbis abrae vterq̄z fuerit s̄m materialem rationez quando abraam decimatus est. et decimas dedit melchisedech. Tūc enim apostolus. leui decimatū dicit in abraam tanq̄z in materiali causa Quia ea decimatio sicut abraam minor melchisedech ostendit̄ cui personaliter decimas soluit. ita ⁊ leuitic⁹ ordo qui in abraaz s̄m rationē seminalē erat ⁊ ex eo per cōcupiscentiam carnis descendit. xp̄s autē non est decimatus. q̄z licz ibi fuerit s̄m carnē. non tamen descendit s̄m legē cōmunē. scz per carnis libidinē. sicut etiam in adam om̄s peccauerūt. sed non christus. Unde Aug⁹. sup Gen. Sicut adam peccante q̄ in lumbis eius erant peccauerunt. sic abraaz dante decimas qui in lūbis eius erant decimati sunt. sed hoc nō sequit̄ in christo licet in lumbis ade et abrae fuerit. q̄z nō s̄m cōcupiscentiā carnis inde descendit. Cum ergo leui ⁊ christus s̄m carnez essent in lumbis abrae quādo decimatus est. ideo pariter decimati nō sunt. q̄z s̄m aliquē modum non erat ibi christus quo erat ibi leui. Scd̄m rōnez quippe illam seminalē ibi fuit leui q̄ ratiōe per cōcubitū venturus erat in mr̄em. s̄m qnā rationē nō erat ibi christi caro q̄uis s̄m ip̄am ibi fuerit marie caro. Ille ergo decimatus est in abraā qui sic fuit in lūbis abrae. sicut ille fuit in lumbis patris sui. id est qui sic est natus de pr̄e abraam. sicut ille de pr̄e suo natus est. scz per legez carnis ⁊ inuincibilem concupiscentiā.

Elicit ex supiori determinatione cōclusionē q̄ caro xp̄i nō fuit caro peccati. e

Quo circa[b] p̄mitiuā nostre masse recte assūpsisse dicit̄ xp̄s q̄z nō carnē pcti sed similitudinez

b plex est autē ratio ꝯformitatis ibi. Una q̄ntum ad q̄litatem alia

ctum ad virtutē. Quantū ad qualitatē. qz sicut caro que in ꝓncipio fuit creata caruit oīmis vicij corruptione. sic et caro a verbo assumpta. Quantū vero ad virtutem est similitudo. qz in his que a principio nascunt intensior est nature vigor vt ad maturitatē ptingant. t talia dicunt primitiua. i. primi fructus qui debēt offerri domino. talis autē fuit caro xpi. Et sic patz p ctō dicā primitiua tū pter dignitatē. tum pter mūdicie qualitatē. tū pter virtutē vigorē. pter quā ceteras pcellit pus ptingens ad maturitatē pfectiois t dulcedinis gloriā. Et p tanto dicit assūpsisse primitias nostre masse. et per hoc patz determinatio rōnis pcedit enī fm q dicit a ꝓximitate originis c Sola illius nō est caro t. Contra si ꝓcupiscentia est vicium t defectus nō g est generationis principiū. Nihil g̃ dictu nō eum mr̃ cōcupiscētia ꝓcepit. R̄o dō. q ista illa pōt itelligi vno modo q ꝓcupia sit noiatiui casꝰ t sit ꝓstructō apositiua t tūc negat mgr̃ q xp̃s nō ꝓcepit ꝓcupiscētia sz gra tāq̃ mr̃ p eo q ꝓcupiscētia locū tenet mris in gnatōe filioz pcti fm illō Ezech. xvj. Pr̃ tuus amoreꝰ. t mr̃ tua ethea. vt p amoreū itelligam diabolū. t p etheā ꝓcupiaz si g eō gra est mr̃ in gnatōe spūali et q xp̃s nō hūit petiñ in gnatōe sed gram. iō potꝰ

Aug⁹. de xbis apli.

Hiero. 44

Tres causas ponit.

Job. ij.

carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum. vt ait apostolus in similitudinez carnis peccati. assumpsit enīz verbum carnem peccati similez in pena et nō in culpa. et ideo nō peccatricem. Cetera vero hominum omnis caro peccati est c Sola illius non est caro peccati. quia non eum mater concupiscentia. sed gratia concepit. habet tamen similitudinē carnis peccati per passibilitatē. et mortalitatē. quia esurijt. sitijt. et huiusmodi. licet ergo eadē caro sit que est nostra. non tamen ita facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero. t nata sine pctō. t nec ipe in illa vnq̃ peccauit. In pena ergo similis est nostre nō in qualitate peccati. quia polluti onem que ex cōcupiscētie motu cōcepta est. oīno non habuit. nec ex carnali delectatōe nata est Venit ergo ad corpus imaculatū. quod pter libidis cōcupiscentiā fuit ꝓceptū. nec illud in se habuit viciū quod in alijs est causa peccati. nec ideo peccauit Ideoq̃ vere dicit verbi caro non fuisse in christo obligata peccato.

Soluit dubitationez de formatōe corpis dñici. f

Illi autem sententie qua supra diximus carnem verbi nō ante fuisse conceptā q̃ assumptam. videt obuiare qđ Augꝰ. ait super Joānem vbi legitur. Soluite templum hoc t in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. xl. et. vj. ānis edificatum est hoc templum. et in tribus diebus excitabis illud. hic inquid numerus perfectioni dominici corporis conuenit. quia vt dicunt phisici tot diebus humani forma corporis perficitur. horum occasione verborum quidam dicere presumpserūt dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam. t membrorum lineamentis distinctam. et mox verbum dicitur sibi vnisse carnem t animam. t hoc modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis cōuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit ex qua sane oritur intelligentia verbi. Non enim ideo illud dixit. Augustinus. quin mox vt caro illa opere spiritussancti sanctificata. et a reliqua separata fuit verbo dei cum anima vniretur. vt perfectus t verus deus. esset perfectus t verus homo. Sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis. et vnionis dei t hominis adeo tenuis erat et parua. vt humano visui vix posset subici. Diebus autem quos Augustinus memorat perfecta est et notabilis facta Incarnatum est ergo verbum vt ait Johānes damasce. et a propria incorporalitate non recessit. t totum incarnatum est. Et totum est incircumscriptum. Adnotat corporaliter et contrahit. et dīne est incircumscriptum. non coextensa carne eius cum incircumscripta diuinitate. In omnibus. igitur qui super omnia erat. et in vtero sancte genitricis existebat. sed in ipo actu incarnationis.

dicit mater gra q̃ eo cupiscentia. Sed licet isto modo posset intelligi. tn est alius modus magis ꝓprius veritati. vt hoc q est ꝓcupiscentia et gra sit ablatiui casus et construat cum hoc verbo concepit. nō fm habitudinem cause. sed fm habitudinē concomitātie. t hoc qō dicit mater supponat p virgine maria t ē sensus mr̃. i. ego maria nō ꝓcepit ꝓcupiscētia ꝓcōitante sz ꝓcōitāte gra. t tūc non notat q ꝓcupia sit alicuius ꝓceptōis ꝓncipiū. sz vicium cōmistās. Et sic patz rūsio ad obā. Totū incarnatum est. Contra. Si enim totū est qō habet partem et partem. t verbū simplicissimum, est. male dicit q totum incarnatum est. R̄o. dicendū q totuz potest accipi p variue vel positiue. Si priuatiue. tunc dicitur verbū incarnatum totuz. quia non habet partes fm quas incarnari habeat. Alio modo dicitur positiue. Et tunc dicitur dupliciter. quia totum vno modo ē idem quod ex suis partibus cōstitutū. Alio modo ē idem qō perfectū. Et fm q totuz dicit integritatem t totalitatem perfectionis. et fm q dicit priuationē partis et partis t sic patet q illa obiectio non procedit recte ꝓpter diuersam acceptionem huius vocabuli quod est totum. Sed hoc melius in ꝓmo libro distinxtix. inuenīt determinatum.

45

46

47

AD intelligētiā huius partis iuxta tria quem gister determinat incidit hic questio. Primo queritur de christi decimatione. Secūdo queritur de carnis christi traductione. Tertio de domini ci corporis formatione. Circa primum querunt duo. Primo queritur vtrum aliquis possit decimari in parentibus. Secūdo querit. Utrum christus in abraam fuerit decimatus.

Questio I g

Utrum aliquis decimari habeat in parentibus? Et probat q sic per illud Apostali heb. vij. p abraam t leui quidē decimas accepit decimatus est. Item hoc ipm videt per Aug. x. super Ben. ad litterā. t habetur in glo. Sicut adam peccante peccauerūt qui erant in lumbis eius. sic abraaz dante decimas. qui in lumbis eius erant decimati sunt. Sed cōstat q proles potuit peccare in adam. ergo t decimari in abraaz. Item hoc ipm videt ratione. q proles in parētibus potest liberari. t in seruitutem redigi. q seruus natus est seruilis cōditōis. ergo pari ratione videt q in parentibus dantibus decimas. filij habeant decimari Item decimatio actus est figuralis. sed figura non tm est respectu presentis. sed preteriti et futuri. ergo videt q non tm possit decimari in ppria persona filius. sed etiaz in parente tanq̄ in causa t materia. Sed cōtra Aug. super Ben. x. ad litterā. In lumbis abrae illud decimabatur quod curabat. sed filij abraaz non sunt curati ab originali. imo nati sunt cum pcō originali. ergo nō videtur q in abraam fuerint decimati. Item cum decima datur de frumento. non ppter hoc datur decima de illo frumento quod debet nasci. ergo pari ratōe cuz datur decima p homine. non videt q ille qui nascitur est ex eo decimet in eo. sicut enim homo est in homine seminaliter. sic granum in grano. ergo ratio ista bona videt. Item sicut circūcisio remediū est cōtra originale in lege figure. t baptismus in lege gratie. sic decimatio in lege nature. Unde dicit Hug. de sanc. vic. Si nullus in ventre matris poterit baptizari. nec circū
46 cidi. ergo nec decimari Item aut decimari est per decimā curari. Aut decimari est ad decimā obligari. Aut decimari est de aliquo partem decimā dare Aut decimari est per decimā prefigurari. sed nullus istoz modoz fuit in abraam decimatus. q non per decimā curatus. nec ad dandū decimas obligatus. cum potius reciperet. nec decimā dedit. nec per decimā figuratus fuit. ergo nullo modo videtur decimatus fuisse in abraam. t si ille non fuit decimatus. pari ratōe nec ali
47 qui alij. Ad predictoz intelligentiā est notandū. q decimatio fuit actus moralis. sacramentalis. t figuralis. Secundū q fuit actus moralis. sic decimatō dicitur alicuius certe partis donatio. ad sustentationez eorum qui seruiunt dño. et deputari sunt cultui diuino. t hoc modo decimatio perseuerat vsq̄ modo. Secundū q decimatio est actus sacramētalis. sic decimatio est alicuius partis donatio ad curationem morbi originalis. Secundū autem q decimatio est actus figuralis. sic decimatio est decime partis donatio ad p figurationem curationis vniuersalis. que futura erat per oblationē christi. Duobus primis modis accepta decimatio respicit tm tempus presens. q nō datur nisi de hoc quod habet. t non curat nisi quod iam habet modus. Tertio autem modo decimatio accepta non tm est presentis sed etiā futuri pro eo q figuratio est signatio. et signatio non tm extendit se ad presentia sed etiam ad futura. et hoc modo dicuntur filij abrae decimati in abraam. quia per illam decimationez prefigurati sunt omnes filij abraam curandi esse per eum qui figurabat per melchisedech. id est per verum sacerdotem christum. Et hoc est quod dicit Augustinus. x. super Gene. ad litteram. Cum ipsa decimatio ad prefigurandam medicinā pertinuerit. ille in abraam decimabatur qui curabat. non quando prefigurabat. sed quando illius figure veritas implebatur. Concedendum sunt ergo rationes ostendentes q aliquo modo potest decimari proles in parente. fm eum modum quo decimatio nihil ponit in actu circa decimatos. sed solum fm significationē. que non tm est presentiū sed etiam futuroz. Ad illud quod opponitur de auctoritate Augustini. dicendum q sicut patet ex verbo precedenti. decimabat quod curabat. non dicit cōcomitantiam fm illud tempus ad hoc quod est decimari. imo potius se extendit ad omne tempus. t pro illo tempore reddit locutionē veram in quo implebat veritatis. 48
signa. Ad illud quod opponitur q non datur decima de grano quod non est in re. sed solum in ratione seminali. dicendū q nō est simile. quia decimatio prout est actus figuralis non se extendit ad significandū aliquid circa granum. sed significanduz aliquid circa genus humanū. Unde granum respicit vt materiā circa quam habet exercere. non circa illud quod per ipsuz habet significari. t quia exercitiū requirit materiā presentem. signatio se extendit ad futura. ideo nō est simile. 49
Ad illud quod opponitur de baptismo t circumcisione. dicendū q non est simile nisi in ꝯtum decimatio est actus sacramentalis legis. nec ad remediuz originalis peccati. hoc modo non est nisi circa presens sicut circumcisio t baptismus. Secundū autem q est actus figuralis. sic non est simile. Si autem queratur quare circumcisio t baptismus non potest esse actus figuralis sicut t decimatio. dicenduz q ratio huius est. 50 51
quia circumcisio t baptismus est actus in persona. decimatio autem cum sit decime partis oblatio est actus pro persona. Et quia oblatio potest fieri pro eo quod est. et quod futurum est. et circumcidi t baptizari non nisi quod iam est. hinc est q actus decimandi potuit se extendi ad futuros et non actus circumcidendi vel baptizandi. Ad illud quod queritur quomodo ples 52
dicitur decimari in parēte. dicendū q decimatio idem est q prefiguratio curationis. Unde nullo istoruz modorum accipitur qui in opponendo assignant. et ideo insufficienter precedebat illa obiectio.

Questio. II b

Utrum christus in abraam fuit decimatus Et q sic videt auctoritate apostoli heb. vij. Abraam t leui decimatus est. Adhuc in lumbis patris erat quando obuiauit ei melchisedech. Sed christus fuit in lumbis abrae quādo decimas illas dedit. ergo fuit decimatus sicut t leui. Item sicut dicit Hugo de sanc. victore. per decimas signat ipse christus. ergo videt q ipa decimatio in ꝯtum est actus figuralis. principalius respiciat christū ꝯ alios filios abrae. ergo magis videtur q debeat dici decimatus ꝯ alij. Item nihil requiritur ad decimationē nisi illud realiter impleat in prole quod signatum fuit in decimatione abrahe. Sed hoc fuit maxime implerum in christo. qui seipsum obtulit hostiam deo t patri per oblationē corporis t sanguinis sui. Item tota caro christi fuit in carne beate

virginis. Sed caro virginis habuit decimari in abrahaz. ergo ꝛ caro christi. Sz cōtra aug. x. sup Beñ. ad litterā. Ille nō est decimatus. cuius caro nō feruorē libidinis seu vulneris. sed materiā medicinis traxit. xp̄us aūt fuit huiusmodi. ergo ꝛc. Itē sicut se habet adā peccans ad posteros. ita abraham in dando decimas. Sz cui⁹ christus esset in adam peccante. non dicit christ⁹ peccasse in adam. ergo pari rōne in abraham dante decimas non arguitur decimatus. Item decimatio vel erat curatio vel curationis p̄figuratio. Sed christus nec ibi curabatur. nec curari p̄figurabatur. ergo videt q̄ ibi decimatus non fuerit in lumbis abrahe. sicut ꝛ leui. ergo nulla est argumentatio apostoli qua p̄bat maius esse sacerdotium melchisedech sacerdotio leuitico. per hoc q̄ leui decimatus fuit. Q̄ si rationatio apostoli recta est. restat ergo q̄ christus nō decimatus fuit in abraham. Est ergo questio iuxta hoc vnde tenet illa cōsequentia qua p̄bat apostolus maius esse sacerdotium melchisedech sacerdotio leuitico. p eo q̄ leui obtulit decimas melchisedech. videtur q̄ non cogat. q. fm illam rationem posset argui q̄ maior est dignitas vnius sacerdotis pauperis q̄ pape. esto q̄ pater pape dederit
53 decimas simplici sacerdoti. Rñsio. dōm. q̄ sicut dicit magister in littera. immo aug. sup Beñ. ad l̄ram x. Christus in lumbis abrahe non fuit decimatus. Et rō huius est. q. decimatio p̄figurabat futuram curationem. Quia ergo christus in lumbis abrahe non erat sicut curatōne indigens. sed potius sicut medicina. hinc est q̄ decimatio ad ip̄m non p̄tinebat. Sicut etiaz in adam illi soli peccauerunt. qui fm carnalem generatōnem. ꝛ concupiscentiam seminalem ab ipso procedunt Et ideo ab illa generalitate excluditur christus qua dicitur. omnes in adam peccauerūt. q. nō p̄cessit ab ipso fm libidinis ardorem. sed fm sp̄ūsancti operatōnem.
54 sic est in ꝓposito intelligendū de decimatōne. Et per hoc patet rēsponsio ad illud quod p̄mo opponitur i cōtrarium. q̄m christus in lumbis abrahe fuit ꝛ leui. sz nō eodem modo. Et ꝓpterea nō sequit q̄ sicut vni competit decimari. ita cōueniat alteri. Decimatio enī non tā tū respicit esse in lumbis. sed etiā modū essendi fm ceñdi traductionem originalis peccati. Ad illud quod
55 opponitur q̄ christus figurak p decimā oblatam. R⁹ q̄ decima oblata nō decimak. sed decimatio potius respicit illud qđ remanet in aliquo (sicut dicit Hugo. q̄ remanet impfectō ablata vnitate que ē pfectō denarij) figure futura curatio Uñ sicut alij figurank in illa decimatōne curari. sic christus figuratur ratio esse medica
56 menti. Ad illud qđ opponitur q̄ in illa decimatione signatur oblatio christi. Dōm q̄ verum est. sed non signatur christi oblatio. tanq̄ p quo fieret oblatio. sz tāq̄ qui offertur p alijs. Et q̄m decimari dicitur ille p quo offertur oblatio decime. hinc est q̄ actus decimatōnis nō debet christo attribui. Alr enī ibi p̄figurabat xp̄us
57 alr alij. Ad illud qđ opponit. q̄ caro xp̄i fuit i beata virgine. et caro virginis in abraham. Dōm q̄ ibi est sophisma fm accidens. q. variak modus essendi in hinc ꝛ inde. Alio enī mō fuit caro be. v̄ginis i abraham. alr caro christi in mr̄e sua. q. beata v̄go processit scōm legē
58 cōcupiscentie. xp̄s v̄o minime. Ad illud qđ querebatur de auctoritate apli ꝛ ratione dici p̄t. q̄ rō apostoli bona est ad illos cōtra quos arguit. s. iudeos. qui supponebant abrahā dignioꝛem esse in suo genere. si ergo abraham bñdictus fuit a melchisedech. et ei decimas obtulit tanq̄ superiori. sequit ex hoc q̄ nō tm̄ maior fuit melchisedech abrahaz. sed etiā maior oīmbus q̄ p̄cesserūt scōm legem carnis ab eo. et ideo dignioꝛ fuit leui ꝛ aarō. Sed qm̄ illō nō vr̄ē vez. q̄ excellētioꝛ fuit melchisedech q̄ moyses. et dauid. ꝛ btā virgo. q̄ p̄cesserūt ex abraham. ꝛ apls non p̄cedit ex falsis. suppositōibus ideo oportet aliter dicere. viz q̄ apls arguit ex veritate et ex significatōne. ꝛ illius figure necessaria argumētatōne q̄ decimatō p illo tpe signabat curatōnem. Lū 59
ergo abrahā obtulit decimas melchisedech. ꝛ ab eo bñdictus est. significauit se indigere curatōne et bñdictōe per illū sacerdotē qui figurabak p melchisedech. Sz ille qui curat ꝛ bñdicit maior est absq̄ vlla cōtradictōne ergo sacerdotiū christi fuit illud qđ p̄figurabak per illō melchisedech. sicut in ps. legit. Tu es sacerdos in eternū scōm ordinē melchi. Restat igit q̄ maius fuit sacerdotiū christi q̄ leui. ꝛ hec est ratio apostoli quā impossibile est dissolui. Nec est simile de sacerdote simplici. ꝛ de p̄re pape. q. ibi nulla est ratō figure. Hec aūt tota rō fūdatur sup decimatōne scōm q̄ est actus figuralis. nam scōm q̄ est actus moralis nihil facit ad ꝓpositum quia nec abraham nec eius posteri obligati fuerunt ad dandas decimas melchisedech. maxime illi q̄ fuerunt de stirpe leui ad nullas decimas dādas fuerūt astricti.

Onsequenter queritur de incarnatōis xp̄i traductōne. ꝛ circa hoc querūtur duo. Primo q̄ritur. vtr̄ xp̄i caro fuerit in p̄mis parētibus fm qualitatem puritatis vel inq̄natōnis. Secūdo queritur vtr̄ alr fuerit q̄ fm legem p̄opagatōis.

Questio I i

Utrum caro christi in abraham ꝛ alijs patribus distincta fuerit fm qualitatē a carne aliorū filioꝛ. Et fm illud Sap. vij. Nihil inq̄natū i dei sapientia occurrit. videt q̄ nunq̄ fuerit inq̄nata. sed caro alioꝛ in parētibus inq̄nata fuit. ergo videtur q̄ alr fuerit caro christi in abraham q̄ aliorū. Itē in christo debuit esse maxima puritas. sed magis purū est q̄ nunq̄ fuit inquinatum q̄ illud quod aliquādo inquinatum fuit. ergo videtur q̄ caro christi nec in se nec in parentibus subiacuerit feditati corruptōnis. ergo a carne aliorum hominum distincta fuit qualitative Item alterius qualitatis est medicina. et illud quod curatur per medicinam. Sed caro christi fuit in lumbis patruz sicut medicina. sicut dicit Augustinus. x. super Beñ. ad litteram. Caro vēro aliorum hominum sicut indigens medicina. ergo videtur q̄ habuerit qualitatem aliam et aliam. Item. quod totaliter corruptum est. non est possibile ad curationem. Si ergo adam fuit possibilis ad curationem. aliqua particula remansit in eo incorrupta. sed de illa particula que remansit sine corruptione maxime decebat generari carnem que esset sine originali macula. ergo videtur. ꝛc. Sed contra Augustinus. x. super Benek ad litteram. Caro non abrahe tantum. sed ipsius primi terrenicq̄ hominis simul habuit vulnus preuaricationis ꝛ medicamentum vulneris. ergo si medicamentum vulneris spectat ad christum. vulnus preuaricans spectat ad alios. Eadem ergo fuit caro christi in primis parentibus cum carne aliorum. ergo non fuit distincta ab alijs. Item magister in principio huius distinctōnis loquens de carne christi. Et credi inq̄t oportet iuxta scōz doctoꝛ cōueniētia. ipam p̄ius fuisse peccato obnoxiā. sicut fuit reliqua v̄ginis caro. restat ergo idem quod p̄ius. q̄ non fuit distincta ab alijs. Itē. quicquid lege corruptionis traducit. corruptū ē. sed tota caro abrahain que fuit traducta in ysaac fuit

corrupta·ergo similiter caro christi nō fuit traducta ab abrahā ī ysaac·aut si traducta fuit·ab alīs hoīb⁹ di/
stincta nō fuit. Itē aut caro xpi fuit simil' carni abra/
he relique·aut nō·Si similis habeo ꝓpositū·Si dissi/
milis·g̃ nō vr̃ q tal' caro ꝓueteret ad redēptōnē humāi
gener̃·si ergo h̄ est falsū ⁊ inc̄ueniēs·restat q caro xpi
a carne alioꝝ hoīm nō fuit distincta. Itē distinctio fm
oppositas qualitates·p̄supponit distinctōnē fm substā
tiā q· oppositę q̄litates nō p̄nt eē in eodē ⁊ fm idē·sz ca
ro alioꝝ filioꝝ ī p̄mis parētibus ñ potuit habere disti/
ctōnē fm substātiā·q nō eēt tot machinas inuenire in
corpe adē q̄t inde filiꝰ p̄creari sūt·g̃ si caro xpi in p̄mis
parētibus nō fm substātiā potuit distingui a carne ali
oꝝ fm substātiā·vr̃·nē· Itē si trāsfundebat caro mū
da aut corpalis·aut incorpalis Si incorporal'·g̃ corpꝰ
xpi debuit esse impassibile·qđ falsū est·Si corpalis·er/
go videt q poterat trāsmutari in carnē reliquā·⁊ assu/
mi vel augeri ab alīs·g̃ pari rōe ⁊ alia poterat trāsmu/
tari in alīs·g̃ aut caro illa fuit consumpta anteq̄ pue/
niret ad xp̄m tāte simplicitatis·aut fuit adeo multipli
cata·vt possent inde mille corpa formari·sed hoc est fal
sum·g̃·nē· Qꝰ ad p̄dictoꝝ intelligētiam ē notanduꝫ
60 q circa hāc q̄stionē fuit quedā positio erronea quoꝝ/
dā dicētiū q caro xpi nō tm̄ distinctōnē habuit a carne
alioꝝ hoīm cū fuit vnita aīe christi·sed etiā cū fuit ī lū/
bis p̄mi hoīs·Dicebāt enī·q adā repabiliter peccauit
in pctō nō p̄misit ōs totū corrūpi·⁊ iō remāsit in eiꝰ se/
mine aliqua portio incorrupta·vt p illā fieret medica/
mētum carni relique·⁊ ex illa portiūcula dicūt carnem
xpi formatā·quā dicūt eē generis humani medicinam.
Hāc āt p̄ticulā trāsmisit adaz ad noe·⁊ noe ad abrahā
⁊ abraham ad dauid·⁊ dauid vsq̄ ad ꝯginem de q̄ na/
tus est xp̄s· Hec aūt positio et si videat habere ꝓbabi/
litatē in superficie·intrinsecus tn̄ falsū ⁊ erroꝝ cōtinet p
eo q nō solū est cōtra scōꝝ dcā·sz etiā cōtra p̄fidei docu
menta·Dctōꝝ auctoritatibus repugnat·q Dam̄·doc/
toꝝ grecus·⁊ Aug⁹·p̄cipuus doctoꝝ latinꝰ in h̄ cōsen/
tiūt·q caro xpi añ vnionē cū ꝟbo indistincta erat a reli
qua virgis carne·Dam̄·dic·q de purissimis ꝯginis sā
guinibus fuerit formata·Augu·dt·q assumpserit p̄mi
tiua nr̃e masse·Et hoc quidē necessariuꝫ est ponere·q
alꝰ ñ fuisset necessaria ꝯginis sc̄ificatō ad hoc q forma
ret caro xpi sine oīi pctō·Sz nō cēt etiā xp̄s vere de semi
ne dauid et abrahe·sed solū ade·qm̄ si p̄dicto modo ab
illa particula descendisset·ad nullū alioꝝ ptineret nisi
sicut ad deferens quēadmodū aqua compatur ad cana
le·Nō esset aūt in tali carne vere passibilitatis assump
tio·nec nostre infirmitatis ꝟa reparatio·q non de na
tura lapsa fabricasset sibi carnē·sed potius de instituta
q̄ omnino inc̄ueniencia sunt·⁊ fidei sane aduersantia
Et ido p̄dicta positio tanq̄ erronea ē respuenda·sicut
mgr̃ bñ notauit in lra·⁊ mgr̃ Hugo in li·de sacramētis
Planū ē g̃ fm doctrinā catholicā carnē xpi ī lūbis pa/
rentum in quibus fuit materialiter a carne alioꝝ hoīꝫ
nō fuisse distinctam qualitatiue vel formaliter·q̄uis
post q̄ vnita est verbo distinctōnem habeat ꝓ eo q nō
est caro peccati·sed similis pcc̄atrici·et p tāto dt aug·
q caro xpi venerit ꝺ altitudīe humane nature·nō q in
p̄mis parētibus sine pollutōne fuerit·sed q sic purifi/
cata fuerit ⁊ mūdata ī sua assumptōe·q simil' fuerit car
ni in statu innocētie·Propterea ꝺra Boetio·de omni
statu aliquid accepisse·sicut infra melius manifestabi
tur·Ūn rōes que ad banc ptem inducūtur sūt cōceden/
de. Ad illō ꝟo qđ opponit primo in ꝺrium de Sap̄.

vñ·q nihil inq̄natum in illā incidit·Dōm·q verꝫ est 61
hoc enī intelligitur de sapientia fm diuinā naturam q
nullo modo fedatur ex aliqua creatura·verūtamē si eti
am intelligatur fm humanā naturam·adhuc hoc non
habet instantiaꝫ·quia caro christi ex quo vnita fuit ver
bo dei facta fuit immaculata·sed ex hoc non sequitur q
immaculata fuisset in p̄mis parentibus·ꝓ eo q q̄ꝫ/
uis in lumbis parentum esset vnibilis·erat tamē in di
spositione remota· Ad illō quod opponitur q mari
ma puritas debet esse in carne christi·Dicēdū q vez ē 62
fm q competit ad repationē humāi generis·sic aūt in/
telligendo nō potest maiꝰ puritas cogitari q̄ꝫ cum de
massa peccatrice formatur caro oīno immunis a pec
cato·et sic factū est in carne vnita verbo operante spū
sancto·quia si intelligatur caro illa nunq̄ꝫ in se vel ī pa
rentibus fuisse obnoxia·nō sic cogitatur qualis ñre re/
demptōni fuerit aptā·⁊ ideo non cogitatur qualit̄·sed
potius signatur qualiter non debet. Ad illud quod
opponitur q caro christi est medicina·Dicendum q ve 63
rū est ꝓ tpe q̄ medicina est·medicina aūt est ꝓ eo tpe q̄
a ꝟbo assumpta est·et sic alterius qualitatis est q̄ꝫ alio
rum hominū·Pro eo aūt tempore quo fuit añ assump
tionem non erat medicina nisi materialiter loquendo·
fm illud tēpus nō oportet formaliter distingui ab alia
carne·p eo q ex eodem p̄ncipio materiali potest forma
ri sanū et egrum·Libus enī eiusdē generis cōuertitur ī
sano ī carnē sanam·⁊ in leproso in carnem corruptam.
Ad illud qđ opponitur q si totus eēt corruptus·iaz
nō esset medicabilis eius morbus·Dōm q illud argu. 64
dupliciter deficit·Primo q si homo totus corruptus
esset·nō sequit̄ q incurabilis esset nisi illa corruptio et
inseperabiliter adhereret·Preterea etsi totus hō corru
ptus esset q̄tum ad ea q̄ erant in se·nō tamē corruptum
esset genus humanū totū quod fabricatuꝫ est ex illa ho
minis carne·sed illō solū qđ ꝓcessit fm legem cōcupīe.
Et q̄m caro christi in virgine fabricata est p̄ter legē con
cupiscētie a s·s·hinc est q caruit corruptōe·⁊ rationem
tenuit medicine a sua primaria formatōne.

Questio II k

Utꝛ caro christi fuerit in parētibus alr q̄ꝫ caro alio/
rū hoīm fm legē ꝓpagatōis·Et q alr videt aucte augꝰ·
x·sup gen̄·ad lrām tractātis illō ap̄li Heb·vij· Adhuc
erat ī lūbis p̄ris·fm aliquē modū erat ibi xp̄us·q non
erat ibi leui·Scōm rōem q̄ppe seminalē fuit ibi leui·q̄
rōne nō fuit ibi caro christi· Itē hoc ipm oñdit rōne
Mediatū p̄ncipiū reducit ad immediatū·sz xp̄s scōm
aliū modū ꝓpagandi exiuit de vtero virginis·q̄ꝫ alīꝫ fi/
lij de ventre matrū suarū·p eo q non de vicili semine.
Si ergo mediante btā ꝯgie dr̃ fuisse in p̄entibus p̄cedē
tibus videtur q alio modo fuerit caro eius in paren/
tibus fm legē ꝓpagatōis q̄ꝫ alioꝝ hominū· Item·si
eodē mō fuisset caro xpi ī parētibus sicut alīj hoies·ita
peccasset adā peccāte sicut alīj homies·sz hoc ē falsum.
g̃·nē· Itē eodē mō habet res educi ī eē p quē modū ha/
beri in suo p̄ncipio existere·sed xp̄s nō fuit genit⁹ vel con
ceptus fm legem nature·sed potius mirabiliter·Alīj
aūt homines educuntur naturaliter·Aliter enim fu/
it caro eius quantum ad legem propagationis in lum
bis parentum q̄ꝫ aliorum hominum· Sed contra·di/
cit magister in littera·Caro illa anteqūꝫ verbo fuit vni/
ta peccato fuit obnoxia·sicut in maria reliqua virgi/
nis caro·Sed caro que ꝺsimilis est scōm traductionē
originalis·consimilis est fm legem propagatōnis·g̃ si
caro christi in lumbis parentuꝫ fuit obnoxia pctō·g̃ ⁊

eadē lege cum alijs a primis parentibus est traducta.

Item oīe qđ descēdit ab adam i sem descēdit scōm corporalē substātiaz. z fm seminalē rōnem. ergo si caro christi descēdit ab adam in seth. et a seth in alios parentes. videt q scōm legem ppagatōis fuit i lumbis parētū eodē mō sicut caro alioz hoīm. Jtē semen vnū seminatū. et corpus seth in totis parentibus habebat rōnē seminalē. ergo nihil inde futurū erat qđ nō esset ibi etiam scōm corruptam substantiam z rōnem seminalem. sed si caro christi exinde facta est. videt q ibi fuerit ad modū alterius carnis humane. Jtē tota caro virginis fuit in lūbis parētuz scōm legē propagationis. sic caro aliorum hominuz. Sed caro christi fuit ex aliqua parte carnis virginis. ergo scōm legem propagatōis sic fuit in lumbis parentū. sicut caro totius humāi ge-
65 neris. Rō. dōm. q dupliciter est loqui de carne xpi aut ꝯtum ad materiā vnde sumpta est. aut ꝯtū ad formā fm quā anime christi cōiuncta est. et a verbo in vnitatez persone assūpta. Si loquamur de carne xpi. fm materiā hoc est de co vnde fcā est caro christi. sic cōceditur q pctō fuerit obnoxia. q ante cōceptionem christi tota massa humani generis corrupta erat. sicut i precedenti pbleumate monstratum est. Si aūt loquamur ō carne christi fm formā. sic dōm est q nunqz peccato fuit obnoxia. quia nunqz habuit illā formā q ēet immunda et maculata. Scōm aūt q caro dicit duplicit. sic et de propagatōne dupliciter contingit loqui. Aut rōne materialis. aut rōne formalis. Si rōne materialis. sic propagata fuit ab adam vsqz ad virginē in tota illa genealogia. et tota illa ppagatio fuit scōm legem nature z cōcupiscentie. Si ꝯtum ad esse actuale z formale. sic concepta fuit a virgine p cōmunē legē nature et concupiscētie. Et sic patet q vno modo dicendi cōcedit pt q caro xpi materialiter loquēdo sic fuit in lumbis parentum fm propagatōnem sicut caro alioz hoīm. Sz qm caro ꝯtum est de ratōne sui nominis nō nomiat materiam ipam tm. sed materiā sub tali forma. z ppagatō et ler propagatōis addita ei qđ est caro xpi respicit eius eductionē scōm esse actuale. hinc est q hec est improba caro christi fuit pctō obnoxia. z hec. caro xpi fuit ex parētiby seminaliter traducta. p eo q in oīiby quantuz ē de vi sermonis predicatū nō attribuitur subiecto rōne materie tm. sz rōne materie sub tali forma. Caro enī est res substātialis. et ideo quāuis supponat verbo de preterito. oporter tn ad idē tēpus referri formā ꝑdicati cum subiecto. z iō oēs ꝑdicte locutōes tanqz false z imprope. sūt negāde. nisi ꝑferātur cū determiatōne. s. rōe materialis ꝓncipij. Si aūt alicubi absolute ꝑferantur sunt exponende. Nota tamē q hec est improba. caro xpi fuit pctō obnoxia. sed hec magis improba. caro xpi fuit seminaliter traducta. hec aūt magis improba adhuc et falsa. caro christi fuit decimata scōm q magis et magz in ꝑdictis locutōnibus caro accipitur ratōe forme. Cōcedendū est ergo q aliter fuit caro christi scōm propagationis legem in parentibus ꝯ alioz hoīnū. Nam
66 caro aliorum hominū ortū habuit a parentibus fm seminalem rōnem z fm legē cōcupiscētie. Illud aūt dicit ꝓcedere scōm rōem seminalem. qđ quidē erit in esse fm vtutē et operationē nature. sicut sūt illa in qz ꝓducti-one natura nō solū se habet p modū obedientis z suscipiētis. immo etiā p modū nature agētis et dātis spēm siue cōpletionē. z hoc importat q dico seminalis rō. p-prie loquēdo. sicut ostensū fuit in secūdo libro. quāuis
67 cōtingat extēsionē mō vti ꝑdicto vocabulo. Illud autē intelligit traduci fm legē cōcupiscētie. i cui⁹ creatiōe cōcurrit feditas dilcōis carnis ex pte viri generātis. z mlieris cōcipientis. neutrū horz in generatōne xpi fuit nā cōceptio eius mirabilis fuit z supvtutē nature. Nō fuit enī ex virili semie p eo q caro eius cōcepta fuit ex sola matre. necz scōm legem concupiscentie. qz non intercruenit delectatō ex commixtōne sexus. Cōceptus enī fuit ex castissimis virginis visceribus. Jdeo concedendē sunt rōnes que ad hanc partem inducuntur. 68
Ad illud qđ opponitur de aucte mgri. dōm q locutō ista est improba. vicz q pctō fuit obnoxia. z hoc intelligēdum est materialiter. z hoc magister insinuat cum dicit Q pctō fuerit obnoxia. nō simpliciter sed in materia in q materialiter erat. Unde nō est simpliciter cōcedēda sz exponēda tanqz improba. z ex improbis fm earū improprietatē acceptis nō licet arguere. sicut manifestuz est. 69
z ideo rō non valet. Ad illud qđ opponitur. quicqd descendit ab adam in seth. descēdit scōm seminalem rationem. dōm q seminalis ratō nō dicit qd absolutum. sed qd respectiuum. Dicit enī respectū eius qđ propagatur ad illud de quo ꝓducitur. cuz ergo dicit. q qcqd descendit ab adā in seth descēdit scōm seminalē rōnem dōm q verū est p comparatōnē ad seth. z ad hos qui p ducēdi erant fm ppagatōnē nature. respectu quoz omniū semen decisum a lūbis ade habuit vtutem sufficientem ad rationē seminalez. respectu aūt xpi nō habet veritatem p eo q totū illud qđ scōm legem nature ex illo semine ꝓducenduz erat. respectu carnis xpi se habebat in ratione passibilis z materialis. q nō poterat reduci ad actum nisi per virtutem spūssancti. Cū ergo dicit. q quicquid fuit in seth. fuit scōm seminalē rōnem. verz est si ꝓparet ad adā. sed si competur ad christū nō habz veritatē. Ad illd qđ opponit q totū semen decisum ab 70
adā habuit seminalē rōnem. dōm q verus est respectu coz q ꝓducēdi erāt scōm legem nature. respectu xpi nō habet veritatē. Quāuis enī in aliq semine sit ratō seminalis scōm qlibet eius ptem saltē formalem. vt ex eo aliquid posset fieri. tamē si deus aliquid faciat ex illo semine ad qđ nō habebat ordinatōnem. scōm naturam dicitur fuisse in illo semine. scōm corruptam substātiā nō scōm rōnem seminalez. quia semen illud respectu illius qđ ōs educit nō habet vim sufficienter actiuaz. sed passiuam. scōm quam subministrat corporalem substātiaz. Esto etiā q illa seminalis ratō comparetur ad administratōnem materie illius rei faciende. vt si planta reciperetur vnū semen paruum. ita q de illo ꝓduceretur arbor magna. cuius magnitudo materia esset ad ꝓductionem magni corporis alterius speciei. sic z in proposito intelligendum ē cum dicitur. christum fuisse in lumbis parētum scōm corpulentam substantiam. nō scōz seminalez rōnem. non q substantia corporis christi ibi tota fuit. sed q erat aliquāta materia que p vim seminalez poterat augeri z crescere appposito sibi aliquo. ita vt corpora omnium hominum inde possent fabricari. z per illam vim sunt corpora omniū hominū fabricata excepto solo corpore christi. quod fabricatum fuit per virtutem supernam sicut melius manifestabitur infra. Et sic patet pro quanto christus dicit fuisse i adā scōm corpulētam substātiā. z q nō sequit si fuit in semie ade q fuerit in illo scōm seminalem rōnem. Ad hoc autez 17
intelligendū valent illa que determinata sunt secūdo libro. xxx. di. Ad illud ergo qđ opponit q caro tota beate virginis fuit ibi fm seminalē rationē. sicut caro alioz hominū. dōm q in illo argumento est sophisma

fm accidēs. sicut dictū fuit de decimatōe supra.

QOnsequenter querit de perfectōe corporis dominici. Et circa hoc querunt duo. Primo queritur de perfectōe corporis dominici quantuz ad molem. Secūdo querit de eius perfectōe q̄tum ad membrorum distinctionem.

Questio. I l

37 que verbū cognoscit. Ad. ad p̄dictoz intelligētiā est notandū q̄ ad istā questionē ꝓpter sui difficultatē a diuersis diuersimode rndet · Et q̄dam respōdent simpliciter cōcedēdo · q̄dam aūt distinguēdo · Primi variant ſm triplicē modū dicēdi · Quidā enī dicūt q̄ aīma xp̄i cognoscit oīa que verbū cognoscit · p eo q̄ verbū eternum nō cognoscit nisi finita · nō enim est exemplar nisi eoz que sunt vel fuerūt vl̄ erunt · ⁊ hec oīa finita sunt Sed iste mod⁹ dicēdi stare nō pōt · q̄ siē ipe Aug⁹ · dicit ⁊ in p̄mo li · oīm sum est · eterna dei sapientia cognoscit infinita sicut planū est · q̄ cognoscit oīs numeri spēs · cognoscit etia oīa que pōt facere. Alius modus dicendi est q̄ anima xp̄i cognoscat oīa que cognoscit verbum · ⁊ cognoscit infinita · q̄ vno ⁊ eodē cognoscit oīa · id est verbo · Et hinc est q̄ nō solum aīa xp̄i actu cognoscit infinita · sed etiā quelibet aīa btā que intuet in ipaz lucem eternā ſm q̄ asserūt · Sed illud nec rōni cōsonat nec autoritatibꝫ sctoz · q̄ cognitio non aliter attribuit alū anime q̄ anime xp̄i · ⁊ ꝓterea virtus finita nō videtur posse ꝓtinuari virtuti infinita in cōpressione infinitoz que q̄dem est opatio infinita. Tertius mod⁹ dicendi est q̄ anima xp̄i cognoscit infinita in verbo · q̄ per verbū cognoscit alia nō in q̄ntum ptic̄pādo sapiaz sicut alie aīe · sed possidēdo ipam sapiaz · Et illud videt sensisse m⁹ḡ Hug · de sanc · vic · in libello de sapia christi Ait em̄ sic · Plenā ac pfectā ac totā dei sapiam in aīa xp̄i fuisse credim⁹ · ⁊ ipa sapia eādē animā plene ac pfecte sapientē · nō ex ipa partic̄pādo · sed totā possidēdo quā singulariter possedit ⁊ cōprehēdit ineffabiliter · Et paulo post · Hoc ip̄m indubitāter affirmo q̄ aut alia sapientia in xp̄o nō fuit · aut si fuit equalis illi non fuit · Et ita dicit q̄ aīa christi oīa cognoscit · q̄ sapia christi nō fuit alia q̄ illa sapia qua deus est sapiēs · In hoc tn̄ est differētia · q̄ deus est illa sapia · aīa autē christi nō est illa sapia sed illi sapie psonaliter vnita · Item deus est sapiēs illa sapiētia p̄ naturā · anima aūt xp̄i per gratiā vnionis · Sed qualiter verbū illud Hugonis querēti satisfaciat difficile est aperire · Q̄m sicut in p̄cedentibꝫ fuit ostēsum · ad hoc q̄ aīa xp̄i cognoscat verbū · necesse est interuenire sapiētiā creatā · que q̄dem est dispōnēs et habilitās ipam aīam ad vnionē verbi · nec est ipa sūma sapia sed influētia ab ea p̄cedens · et ideo tentandū est si quo modo pōt alius mod⁹ rōnabilioz inueniri q̄ aliquis triū p̄dictoz. Attendendū est ḡ q̄ alū tenta/uerūt p̄dictā questionē determinare distinguēdo ⁊ distinguēdo · et hi diuersificant ſm triplicē modū distinguendi Quidā em̄ dicere voluerūt q̄ in xp̄o est duplex modus cognoscēdi quē habet in verbo · Unus p̄ gram vnionis · alter qui est p̄ gram cōprehēsionis · et illo qui dem modo qui est p̄ gram cōprehēsionis nō cognoscit omnia que cognoscit verbū · sed illa que spectāt ad gloriam suā · Alio vero modo qui est p̄ gram vnionis que cognoscit oīa que cognoscit ip̄m verbū · q̄m gra vnionis rōne extremi cui vnit est gratia sine mēsura ⁊ gratia infinita · ⁊ ideo nō est mirū si cognoscit ſm illā infinita et omnia que verbū cognoscit · Sed iste modus dicendi non videt esse intelligibilis de facili · Primū q̄dem q̄ si anima christi cognoscit quicq̄d cognoscit p̄ habitum creatū · nec est habitus alius creatus in anima xp̄i que omnia cognoscit ſm ip̄m verbū vel in ipo verbo nisi habitus glorie cōprehensoris · q̄ illo circūscripto iam nihil cognosceret in verbo · vnio em̄ nō facit diuinā naturam cognosci ab humana in q̄ntuz vnio sed gloria cōprehensoris · Nam caro est vnita verbo q̄uis nō cognoscat ip̄m verbū · Si ergo aliquo habitu cognoscit omia que cognoscit verbū · necesse est q̄ cognoscat p̄ illā cognitionem que q̄dem est habitus cōprehēsoris · Preterea · q̄d/quid sit gra vnionis siue creata siue increata · aīa xp̄i semp̄ est inter terminos creature · ḡ eius virtus cognoscitiua semp̄ finita est · ḡ nunq̄ cognoscit infinita · et sic reddit questio p̄ius ꝓposita. Alius vero modus dicendi est q̄ in xo ꝓnit duplex modus cognoscēdi · nō ꝓpter diuersitatē a parte rei cognoscētis · sed a parte cōnotati · Dicit em̄ in eo esse scientia visionis ⁊ scientia intelligētie · Scientia visionis est respectu omniū eorum que facere disposuit · Scientia intelligētie respectu omniū eoz que facere pōt · ⁊ vtraq̄ dicit oīs sciētia q̄uis sciētia visionis sit finitoz · sciētia intelligētie infinitoz · Disposuit em̄ facere finita · sed pōt facere infinita · Q̄n ḡ querit vtrū xp̄s sciat omnia que nouit verbū · Si intelligat de scientia visionis · cōcedūt vtiq̄ q̄ aīa xp̄i omniū illoz capax fuit · ⁊ eidem cōicauit deus scientiam omniū illoz que facere disposuit ꝓpter magnam sui subtilitatē ⁊ ip̄ius aīe capacitatē · Si aūt intelligat de scientia intelligētie · sic dicūt q̄ nō oīa cognoscit que cognoscit ipm verbū · q̄ illa se extēdit ad infinita · ⁊ aīa christi in cognoscēdo nō pōt nisi sup finita deus aūt nō cōicauit illi aīe nisi q̄ntum potuit capere · ⁊ ſm istā viaz dissolui possunt rōnes ad vtraq̄ partem · Et hic q̄dem modus satis facilis est ⁊ rōnabilis Uerūtn̄ adhuc non quiescit mens dubitātis · q̄m esto q̄ deus modo aliq̄d nouū faceret · q̄d tn̄ facere nō disposuit · sicut nouū mūdum · iam lateret xp̄m Sequeret etiā q̄ xp̄s aliq̄d de nouo posset addiscere · et ita nō h̄ret plenitudinē scientie · Et iterū cum scibilia nō se coangustāt in aīa sciente nū q̄uis videt q̄ tot sciat aīa q̄n possit adhuc plura scire · quō ergo erit status ex pte capacitat̄ creature · Et ꝓptera est tertius modus distinguēdi q̄ ꝛuenit aliquē cognosci cognitōe habituali ⁊ cognitōe actuali · siue cognitōe que est sicut scientia ⁊ cognitōe que est sicut ꝛsideratio Si ergo loq̄mur de cognitōe q̄ntuz ad actū ꝛsideratōis sic dōm est q̄ aīa xp̄i nunq̄ tot cognoscit quot cognoscit ip̄m verbū · p̄ nullā em̄ gloriā pōt adeo sublevari creatura vt simul et in actu iudicet de infinitis · cum hoc sit infinite virtutis · Si vero loquamur de cognitōe habituali · sic ꝛcedi pōt q̄ scit oīa que cognoscit ip̄m verbuz sibi vnitū · ⁊ hoc patz sic · q̄ cum aīa xp̄i cognoscat ip̄m verbū habitu glorioso ita pfecte q̄ non pōt ip̄m pfectiꝰ cognoscere · ⁊ ip̄m verbū eternū p̄mptā habet volūtatē ad aperiendū ip̄i aīe oīa que in ipo relucēt · nec aliq̄d in ipo reluceat q̄d nō sit natuz cognosci ab aīa xp̄i · aīa xp̄i habet aliq̄d quo facilis est ad cognoscendū oīa que verbuz cognoscit · Et hui⁹ signū est · q̄ ad hoc q̄ cognoscat aliq̄d q̄d verbū cognoscit quicq̄d illud sit · non oportet q̄ dē ei nouus habitus cognoscēdi · sed oē q̄d vult in eo pōt legere · Si ḡ tu queras de illo habitu vtrū sit habitus finitus vel infinitus · Respondendū est q̄ sit finitus habet tn̄ respectū ad infinita · nec est hoc impossibile ponere in creatura · Infinitas em̄ respectuū non ponit infinitatē actualē sicut nō ponit comparationē realem · Si iterū queras vnde veniat illa infinitas respe/

ctuū circa habitū ognitōnis anime xp̄i. dico q̄ venit ex volūtate speculi sibi vniti qđ volūtatē ꝓmptā hz oīa ꝓpalandi que relucent in se. hoc autē nō facit alicui alij anime. ⁊ ideo ꝺ sola anima xp̄i cōcedi pōt ⁊ ꝺbet q̄ sit omniscies q̄tū ad ognitionē habituale Et ꝺcedēdē sūt
38 rōnes que sūt ad istam ꝑtem. Ad illud qđ obj̄citur in cōtrariū. q̄ quicquid scitur. scīētis cōprehensione finitur. Dōm q̄ illud intelligitur ꝺ notitia actuali. que quidē consistit in actuali ꝺprehensione q̄ innuitur ī ipsa autoritate. De habituali aūt nō oportet q̄ habeat veritatem. nec oporet ad hoc q̄ habeat veritatem ꝺ omni habituali sed ꝺ ea que est per comprehensionem. Quāuis enī ꝺus ognoscatur ab anima. nō tamē oporet q̄ sit finitus ipī anime cognoscēti. imo simplr est in
39 finitus. Ad illud quod obꝛ q̄ cognitio ꝺbet adeq̄ri cognoscibili patet respōsio q̄ illud quod ꝺcm est. q̄ bz vez est ꝺ cognitōne comprehensionis. ⁊ ꝺ ea cognitione que actu iudicat ꝺ toto cognoscibili. tali aūt modo cognoscendi non cognoscit anima christi oīa que
40 verbum cognoscit. Ad illud qđ obꝛ q̄ cognitio quā habet anima xp̄i est finita. q̄ nō pt esse infinitoꝛ. Dōm q̄ in cognitōne anime christi est tria cōsiderare. videlicet ipam rationem cognoscendi que est ipm verbum. ⁊ ipm habitum ſm ipsam substantiā habitus. ⁊ respectū illius habitus ad cognoscibile. Dico ergo q̄ q̄uis habitus ille sit finitus. tamen ratio cognoscendi in se infinita est. ⁊ per illam habet ille habitus respectū ad infinita. nō in actu sed in aptitudine. Et hoc modo nihil phibet cognitionem finitā esse respectu infinitoꝛū. Et hoc enī nō ponitur aliqua infinitas eē ī creatura ī actu sz ponitur actualis infinitas solū in ratiōe cognoscen
41 di Ad illud qđ obj̄citur q̄ creatū nō excedit aliō creatum ei⁹dē generis in infinitū. Dicendū q̄ illud vez est ꝺ illo excessu qui est in ipo creato ſm se ⁊ absolute. ꝺ illo vero excessu qui est rōne creatricis essentie nō hz veritatē. Et isto mō ꝺ scientia xp̄i in infinitū excedere scientias aliarū aīarum. nō quia lumē christi in infinitum sit maius in actu q̄ lumē aliarum animarū. sed q̄ ipm verbū eternū in infinitum ꝓmptius se exhibet ad manifestandū ea que in se habet ipī anime xp̄i q̄ alicui
42 anīe. Ad illud qđ obj̄citur q̄ anīa xp̄i non pōt cognoscere immēsitatē simplicitudinis cognitōnis diuine ergo nec īmensitatem respectu cognoscibilū. Dicēdū q̄ non est simile duplici ex causa. Una quidē. q̄ anima xp̄i quicqđ cognoscit in habitu. ꝺ ipo verbo eterno ꝺgnoscit in actu. cū cognitio ipsius verbi in se sit ꝺ essentia gloꝛie. nō sic autē est ꝺ cognitōne aliarum rerū que relucent in verbo. Preterea ipm verbum est infinitum ⁊ quicqđ intelligit ꝺ verbo totū est infinitū. ¶ Non sic aūt est ꝺ cognoscibilibꝫ finitis. quia quodlibet ipsoꝝ in se finitū est. ⁊ cognosci pt a substātia ⁊ virtute finita ⁊ mediāte habitu finito. Unde q̄uis anīa xp̄i cognoscat oīa q̄ verbū cognoscit. nunq̄ tamē equatur ei in cognitōne. quia nunq̄ oīa illa cōprehendit actualit ſm q̄ ipm verbū eternū ꝓ vno aspectu ꝺ omnibus tū
43 dicat. ⁊ oīa intuetur. Ad illud qđ obj̄cit q̄ anima xp̄i q̄uis sit vnita verbo. nō tamē est vbicūq̄ est verbū ergo nec cognoscit oīa que cognoscit verbū. Dicēdū q̄ nō est simile. qm̄ esse hic vel ibi dicit actū existendi. ⁊ ideo si anīa xp̄i essz vbicūq̄ est vbū. tam eēt immēsa. ⁊ existentia eius adequaret existentie verbi. ¶ Non sic autē est ꝺ cognitōne. quoniā multa cognoscit anima christi in habitu que nunq̄ cōsiderabit in actu. Ideo nec ꝓ hoc ponitur asequatio. nec ponit immēsitas circa potētiā eius cognoscitiuam. Ad illud qđ obꝛ q̄ simplicitas 44
anīe nunq̄ eleuat ad simplicitatē verbi. Dicendū q̄ illud verbū intelligit nō tm̄ ꝺ cognitōne habituali. verū etiā ꝺ consideratione actuali. Et q̄tum ad hoc verum est q̄ nunq̄ anima ascendit ad tot considerāda. quot ipm verbū cōsiderat. Et si tu obj̄cias q̄ nec habitu nec actu videt posse cōtingere ad oīa q̄ verbū cognoscit. cum in oīb⁹ creatoꝛ excedat creaturā. Dicendum q̄ sicut dictum fuit habitualis cognitio infinitoꝛ nō ponit infinitatē in habitu cognoscendi. ⁊ iō nō ponit adequationē ipius cognitōis anīe xp̄i respectu cognitōis ipius verbi. Ad illud qđ queritur ꝓ quid anīa chri- 45
sti cognoscat oīa q̄ cognoscit verbū. Dicendū q̄ ꝓ lumen aliquod sibi datū. hoc aūt non ē. quia ꝓ lumē illō sit infinitū. sed q̄ est ad infinita scibilia comparatū ꝓpter ꝓmptitudinē exemplaris sibi vniti. Ad illud ꝫo 46
qđ vltimo obꝛ q̄ in cognitōne est receptio ⁊ iudicium. Dōm q̄ illud intelligit ꝺ actuali cōsideratōne. ꝺ habituali aūt nō est vez. q̄ q̄s iudicet in actu ꝺ oīb⁹ q̄ novit in habitu ſm q̄ pōt ⁊ habet facultatem iudicandi ꝓ aliq̄s rōnes que sibi insite sūt ad hoc q̄ possit iudicare ꝺ illis cognitionib⁹. Ut ergo summa predictoꝝ que ꝓlixius ꝺcā sūt breuius perstringaṁ. cōcedendū est. q̄ anīa xp̄i habitualē cognitōne habet infinitoꝝ. ⁊ omnium eoꝝ q̄ cognoscit ipm verbū sibi vnitū. licet nō habeat actualem. ⁊ illa quidē habitualis cognitio nō ponit infinitatē actualem ī ipo habitu vel in potentia cognoscente. sz solū in rōne cognoscendi. vel in comparatiōe habitus cognoscēdi ad ipa ognoscibilia. Huc aūt sentū modū dicendi magis sum conatus tenere q̄uintū licet ḋntus sit facilioꝛ ad sustinendū. tum ꝓpter autoritates scoꝝ q̄bus est in arduis questionib⁹ p̄cipue innitēdū. tū etiā ꝓ reuerētia iesu xp̄i. cuius anime q̄tū cūq̄ sapiētie ⁊ glie possumus ꝺbemus attribuere. ⁊ supetiā q̄ intelligim⁹ ad ipius reuerentiā ⁊ honoꝛē.

Onsequenter queritur ꝺ scientia quā aīa christi habuit a verbo. ⁊ circa hoc queruntur tria. Primo queritꝝ. vez aliquā scientiā habuerit anima xp̄i a verbo p̄ter illā quā habuit ī verbo. Secundo qritꝝ. vez ſm illā ꝓfecerit. an ab initio habuerit eā pfectā. Tertio queritꝝ. vez ꝺus ꝺbuerit cōmunicare anīe xp̄i oīm potētiā sicut ꝺmunicauit oīm sciētiam.

Questio I g

Utrum christus habuerit aliā scientiā a verbo p̄ter illā quā habuit in verbo. Et q̄ nō fuerit aliqua necessitas habēdi aliā videtur ꝓmo ꝓ illud qđ dicit Damasc. Quēadmodū caro hom̄is ſm ꝓpriam naturā nō est viuificatiua. dñi aūt caro vnita ſm hypostasim ipsi ꝺ verbo viuificatiua fcā est ꝓpter eā que ē ſm hypostasis vnionē. ita ⁊ humana natura quidē substātialiter nō possidet futuroꝝ cognitionē. dñi aūt anima ꝓpter eā que ē ad dñi verbū vnionē ditata est futuroꝝ cognitione. q̄ sicut caro xp̄i non posset viuificare nisi ꝓpter vnionez sui ad verbū. ita anīa eius nō cognosceret aliq̄d nisi in ipo verbo. Itē vnio ſm vnā naturā est vna perfectō sed intellectus anime xp̄i ꝓfect⁹ fuit scientia cognoscendo oīa ī ipo verbo. q̄ cū sciētia sit pfectio ipsius intellectus nō habuit aliā scientiā p̄ter illā. Itē superfluū est facere ꝓ pl̄a qđ pt sufficienter fieri per pauciora sed anīa xp̄i sufficientissime cognoscit oīe cognoscibile cognitōe que ē in ipo verbo. q̄ videt q̄ superfluuz sit ei attribuere aliā cognitionem. Itē maioris lumīs est absoꝛbere minus. Si q̄ cognitio quam xp̄i anima habet ī ipo verbo fuit perfecte lumīosi tatis. qz fuit in ipo for-

re lumiſ·videt q̄ nō poterit ſimul cū ea ſtare aliud ge
nus cognitiōis i anima chriſti. Item quando adue
nit qđ ꝑfectum ē·euacuatur qđ ex ꝑte ē·ſed cognitio ip
ſius anime xp̄i i verbo ē cognitio ꝑfectiſſima·cognitio
vero rerū in ꝓpo genere eſt cognitio minꝰ ꝑfecta·ergo
ſi xp̄ūs ab initio habuit cognitōnē ꝑfectiſſimaz q̄ eſt in
verbo·videt q̄ alia nō habuit locū in ipo. Sed ꝺctra
ſicut dicit Aug⁹·ſup Gen̄·ad lr̄am tractās illa tria ver
ba Gen̄·j·Fiat·fecit·z factū eſt· Angelus triplicit cog
gnouit res·in ipo verbo·in ſe·z in ꝓpo genere·ſz intel/
lectus anie xp̄i nō fuit minꝰ ꝑfectus q̄ intellectꝰ angeli
cus·g̃ nō tātū habuit cognitionē rer̄ in verbo· verūetiā
am in ſeipo. Jt̄ xp̄s aſſumpſit qđ dignitatis erat ꝛ
omni ſtatu·ſ·ꝛ ſtatu glie·z ꝛ ſtatu innocētie·z ꝛ ſta/
tu nature lapſe·ergo nō tātū habuit cognitionē cōueni
entē ſtatui glie·verūetiā ꝺueniētē ſtatui innocētie· Si
ergo adā habuit cognitōnē oim rer̄ creaturarū diuini
tus ſibi data in ſeipo·videt q̄ ꝑter cognitionē glioſam
xp̄ūs habuit illā ſcientiā· Item ania xp̄i in omni do
no grāz debuit excedere oēs alias aīas·z nō tātū in do
no gratie gratūfacientis·verūetiā i dono gr̄e gratiz da
te·Si g̃ haberet noticiā ipaz rer̄ i ſeipo hoc ē donū gra
tie gratis date·vī q̄ xp̄ūs habuit hāc cognitionē ꝑter
eā cognitionē q̄ eſt in ipo verbo Jt̄ ſicut rō ſuperior
debet habere ſuā ꝑfectionē·ita etiā rō inferior in chriſto
ſed rō ſuperior nata ē noſſe res in ipo verbo eterno·infe
rior vero nata ē eas cōſiderare i ꝓpo genere·g̃ ſicut ha/
buit cognitionē ſuperiorꝭ·ita etiā inferioris·z ſic·ꝛ.

Jt̄ xp̄ūs erat ſimul ꝑfectus viator·z compr̄henſor·ſz
vtriq; ſtatui neceſſaria ē cognitio·ergo ſicut habuit ſci
entiā debitā ſtatui ꝓphetalis cognoſcēdo res in ipſo
verbo·ita vī q̄ habuit ſcientiam cōuenientē ſtatui viato
47 ris cognoſcendo res in ſeipis· R̄ō·abſq; dubio con/
cedēdū eſt q̄ ꝑter cognitionē quā habuit ania xp̄i in ipſo
verbo que ē cognitio gloriosa·habuit cognitōnē a ꝓpo
que eſt cognitio gratie gratis date·qua etiā cognitōe
cognoſcit xp̄ūs res in ſeipis·q̄ ſpēs ei indite ab ipo cō
ditionis ꝓmordio·ſicut fuit in intellectu ade vel etiam
in intellectu angelico·Ratō aūt huius eſt ꝑfectio ipſi/
us anie xp̄i·q̄ nō tātū debuit eſſe ꝑfectā ſm ſupioꝛē porti
onē·verūetiā ſm inferioꝛē·z ſm ꝑtem ſenſibilē·nō tātū
q̄ntū ad ſtatū p̄rie·verūetiā q̄ntū ad ſtatū vie·qui duplex
eſt·vicz·innocētie z nature lapſe·Et ſm h̄ tempus ha/
buit triplicem cognitionē iſti triplici ſtatui conuenie/
tem·vicz cognitionē glie·cognitionē nature integre·et
cognitionē penalis exptie·vt de quolibet ſtatu ali/
quid in ſe haberet·Rurſus q̄ perfecta fuit ania chriſti
q̄ntum ad cognitōnē nō ſolum reſpectu cognoſcibiliuz
48 ſed etiā reſpectu mōꝛ cognoſcēdi·Ideo cū res triplici/
ter ſint cognoſcibiles·ſm q̄ tripliciter habēt eſſe· Ha/
bent enī eſſe in verbo·habent eſſe in intellectu creato·
habēt nihilominus eſſe in ꝓpo genere·Ideo ad hoc q̄
intellectus anime xp̄i plenam de rebus cognitionē ha
beret res cognouit iſta triplici cognitōne· Et ſic patet
q̄ ania xp̄i nō tm̄ habuit cognitionē rerū in verbo·ſed
etiam rer̄ a verbo·Cognitionem inq̄ nō tm̄ ſimplicis
noticie·verūetiā experientie·Patet etiā harum trium
cognitionū ſufficientia·neceſſitas z diſtinctio·q̄ ꝑt ſu/
mi vel ex parte virium·ſ·ſuperioris rōnis·inferioris z
ſenſualitatis·Uel ex parte ſtatuum·vicz glorie·inno/
centie·z nature lapſe·Uel ex ꝑte modoꝝ cognoſcendi·
ſcz in verbo·in ſe·z i genere ꝓpo· Et ſic patet q̄ anima
chriſti ꝑter cognitionē quā habuit in verbo·habuit ali
quam cognitionē a verbo· Et cōcedende ſūt rōes ad h̄

Ad illud qđ ꝑmo oꝓponitur ꝛ autoꝛitate·Dam̄·di 49
cendū q̄ Dam̄·nō vult aſſignare ſimilitudinē q̄ntuz ad
oīa·ſed q̄ntum ad hoc q̄ ſicut caro xp̄i nō eſſet viuifi
catiua niſi fuiſſz ipi verbo vnita·ſic anima xp̄i ignoras
eſſet z imꝑfecta·niſi fuiſſet vnita cū ſapientia perfecta
ſed ꝓpter illā vnionē habet omnis ꝑfectionis cognitō
nem· Ad illud qđ obꝛ ſecūdo·q̄ vnius rei vna eſt q̄ 50
fectio·Dōm q̄ verū eſt ſm vnū modū z ſtatum z poten
tiā·ſed q̄ in aīa chriſti eſt cōſiderare diuerſitatē poten
tiarū z ſtatuū z modoꝝ cognoſcendi·ideo nihil impe/
dit q̄n ſm diuerſitatē hoꝝ diuerſas habeat cognitiōes
ꝑficientes· Ad illud qđ obiicit·q̄ ſupfluū eſt facere 51
q̄ pla qđ ꝑt·z·ꝛ·dōm·q̄ vez ē·ſi fiat ez̄ bñ z ez̄ ſufficiē
ter·ſic aūt nō eēt in ꝓpoſito·q̄ non ita haberet anima
xp̄i ꝛpletionē ſcientie ſm omnē modū z omnē ſtatum·
ſed ſolū alterā iſtarū cognitionū haberet· Ad illud 52
qđ obꝛ q̄ maioris lumis eſt·z·ꝛ·dōm q̄ ſicut alicubi ha
bet veritatē·hoc eſt ꝛ lumiby que ſūt eiuſdem rationis
z eodē modo irradiāt·z ſm eandē q̄tem· Non ſic aūt ē
in ꝓpoſito reperire·ſicut in diſtinctōne harum cogni/
tionū oſtenſum eſt· Preterea qđ dicit q̄ maius lumen
abſoꝛbet minus·hoc non dr̄ q̄ntum ad exñtiā ſz q̄ntū ad
apparentiā·z licet hoc ſit vez in lumīe coꝓali·nō tamē
eſt vez in lumīe ſpūali ꝓpter maioꝛē imꝑmixtionem q̄
reꝑitur in lumīe ſpūali q̄ in coꝓali· Ad illud qđ ob 53
ꝯicitur q̄ cognitio ex ꝑte nō manet cū cognitōe perfecta
Dicēdū q̄ vez eſt q̄n cognitio ex ꝑte habet imꝑfectōnē
annexā·ſicut ē cognitio enigmatica·z de hac verum ē·
q̄ nō fuit in aīa xp̄i·Si aūt dicat cognitio ex ꝑte q̄ mi/
nus ꝑfecta eſt q̄ cognitio glie·nō oꝓtet eā euacuari i
eo potiſſimū in quo eſt ſimul ſtatus vie cū ſtatu patrie

Queſtio II b

Utrū xp̄ūs ꝑfecerit ſm illud genus cognitōnis· Et q̄
ſic videtur Hebr̄e.j.Didicit ex his que paſſus ē obedi
entiam·ſed diſcere eſt ꝑficere in ſcientia·g̃ ꝛ· Item
ſup illud Luce.ij.·Proficiebat ieſus etate z ſapientia·
Gloſa·Sicut carnis ē etate ꝑficere·ſic aīe gratia z ſa/
pientia·g̃ ſicut xp̄s ꝑfecit ſm carnē creſcendo in etate·
ita vī q̄ ſm aīam ꝑfecerit creſcendo in cognitōne.

Jtem xp̄ūs aſſumpſit que plantauit in natura nr̄a·
ſed xp̄s plātauit in natura nr̄a vt ex multis ſenſibilib
fiat vna memoria·ex multis memoꝛiꝭ vna experientia·
ex multis exꝑimentis vnū vniuerſale·qđ eſt ꝓncipiuz
artis et ſcientie·g̃ ſi iſte modus ꝓcedendi facit aniā
ꝑficere in cognitōne·videt q̄ ania xp̄i in cognitōne ꝑ/
fecerit· Jtē aut intellectus agens in xp̄o potuit ab/
ſtrahere formas vl̄es a conditōibus materialib aut nō·
Si nō potuit·ergo fuit impotens·Si potuit cum tal
modus abſtrh̄endi ſit via in cognitōnem·vī q̄ xp̄ūs in
cognitōe ꝑfecerit· Jtem q̄ aliq̄d oꝓprehendit z reti/
net qđ ꝓius nō apꝓhenderat·aliq̄d addiſcit z in cog/
nitōne ꝑficit·ſed ſenſus ꝓmunis in chriſto aliq̄d apꝓ/
hendit·z aliqua ſenſibilia retinebat q̄ ꝓius nō apꝓhē/
derat nec cōpoſuerat z imaginatiua potētia in xp̄o to/
tum illud retinebat·g̃ vī q̄ anima xp̄i ꝑficiebat z addi/
ſcebat· Sed cōtra Beda ſup illud Luce·Proficiebat
ieſus·ꝛ·Proficiebat nō q̄ ipe ſapientioꝛ fieret ex tem
poꝛe·ſz eandē q̄ plenus erat ſapiam ceteris ex ꝑte pau
latim demōſtrabat· Jtē Dam̄·q̄ dicūt eū ꝑficere ſa/
pientia·nō ea que ē ſm hypoſtaſim vnionē venerantur
ergo ſi q̄s dicat xp̄m ꝑfeciſſe in ſcientia·vī facere iniu/
ria ſapie increate ſibi vnite· Jtē xp̄ūs habuit pleni/
tudinē nō ſolū gratie gratūfacientis ſed etiā gratie gra
tis date·Si ergo cognitio quā habuit a verbo in ſeipo

fuit cognitio gre gratis date. ḡ plena fuit in xpo a sue ꝺditōis ꝓmordio. nō ḡ crescebat in eo. Itē aīa xpi habuit species rez cognoscibiliū. sz q̄ rone habuit spēs vni⁹ cognoscibilis. eadē rone z oīm. sz ipossibile ē duas formas eiusdē speciei ee z in eodē z ꝑm idem. ḡ impossibile fuit q̄ aīa xpi nouas formas siue nouas spēs reciper. ḡ nō potuit in cognitōe ꝓficere. Itē materia nō est possibilis ad formā quā hz in actu. p eo q̄ oīe recipiens oz esse denudatū a forma recepti. ḡ si aīa xpi a ꝓncipio habuit i se oīm rez creaturaz speciē z noticiā. videt q̄ amplius nō potuerit cognitōz nouā recipe. ḡ nec in cogni-
54 tione ꝓficere. R⁰. ad ꝓdictoz intelligēdū est notādū q̄ ꝑter sciam quā aīa xpi habuit in ꝟbo. dupliciter habuit cognoscēdi modū sicut ꝓdictū fuit. Habuit em cognitionē simplicis noticie in intellectu. z cognitōz experientie in sensu. Cognitio simplicis noticie ꝺsistebat in habitibus z spēbus ipi aīe xpi inditis a ꝓmordio sue ꝺditionis ex bnficio ꝺditoris. Cognitio vo experientie ꝺsistebat in vsib⁹ sensuū exterioz. Oīm ḡ habit⁹ z spēs impsse fuerūt ipi aīe xpi in oīmoda plenitudine. hinc ē q̄ xps ꝓficere nō potuit cognitōe simplicis noticie. Quia vero sensus exteriores ad aliq̄d ꝺuertebat de nouo ad qđ ꝓficiebat. Iuxta qđ dicit Amb⁹. q̄ in eo sensus ꝓficiebat humanꝰ. Et aplꝰ dicit q̄ didicit ex his q̄ passus est obedientiā. Et glo. sup illud ps. Qui tribuit mihi intellectum vsq̄ ad mortē erudiuit me. Inferiores ps mee. s. carnis assumptio vt exprimeret tenebras mortalitatis. Et sic
55 aīa xpi q̄uis nō ꝓfecerit ꝑm cognitōz simplicis nature ꝓficiebat tñ ꝑm cognitōz experimētalē. Ille aūt ꝓfectus scie experimētalis in xpo in duo⁹ differebat a ꝓfectu cognitōis nostre. In vno vicz q̄ xps nō ꝓficiebat veniēdo in noticiā rei ꝑius incognite. sz q̄ ꝓficiebat vno alio mō. s. p experientiā. In alio etiā differebat. q̄ ꝓfectꝰ noster est ꝑm exñtiā. ꝓfectꝰ vo xpi erat solū ꝑm apparētiaz Et ꝑm hoc patet rnsio ad q̄stionē ꝓpositā. patz etiā rnsio ad rones ad vtrāq̄ ꝑtem. p magna gre. Ad rones que oñdunt q̄ xps nō ꝓficiebat i cognitōe siue scia. ꝓcedūt de ꝓfectu nō solū ꝑm apparētiā. sz etiā ꝑm exñtiā. n solū ꝑm cognitōz experientie. verūetiā ꝑm cognitōz simplicis noticie. Et iō rones ille sunt ꝺcedende. q̄ vez ꝺcludūt
56 Ad illud vo qđ ꝓmo obr in ꝺtrariū de auctare aplī. z de auctare Bede in glo. dom q̄ vtraq̄ auctoritas intel-
57 ligit de cognitōe experientie. Ad illud qđ obr q̄ hoc est naturale vicz q̄ ex multis sensibilib⁹ fiat vna memoria Dom q̄ duplex est mod⁹ cognoscēdi p experiētiā. Un⁹ q̄ est via i acq̄sitōe scie. Alius vo q̄ est via i exercitiū scie vt q̄ ꝑius sciebat theorice. postmodū sciat practice. Et ꝓmus mod⁹ experientie repit in scie inuētione. Sc̄ds vo ꝺsistit in vsu scie iā adepte. Et in ꝓmo est mot⁹ ab incognito ad cognitū. In sc̄do vo est via siue ꝓcessus a cognito vno mō vt cognoscat alio mō. Et ꝓmus mod⁹ respicit impfectōz nature lapse ꝓpter ignorātiā annexā. Sc̄ūdus vo respicit statū innocētie in q̄ habuit⁹ sciētie ꝓcessisset vsum. z cognitio simplicꝭ noticie ꝓcessisset cognitionē experientie. z iste mod⁹ fuit in xpo z nō alius. q̄ sicut infra patebit. de statu nature lapse xps nō debuit assumere defectū ignorātie. Philosoph⁹ aūt i ꝓdicto progressu cognitōis ꝓcedit ꝑm statū nature lapse. qđ i xpo
58 nō oportet reperi. Ad illud qđ obr q̄ intellect⁹ agens i xpo potuit abstrahere. dom q̄ abstractio speciei a ꝺditionib⁹ materialib⁹ q̄dam ordinat ad generādū habitū. q̄dam vo ꝺsistit in iudicio ei⁹ qđ apprehensum est p sensum iudicio inq̄ facto ab intellectu. z ꝓpterea nō fuit i xpo cum intellectus eius haberet habitus z species rerum. illa aūt abstractio ordinaretur ad acquisitionez habitus z scientie nondum adepte. z ita haberet annexum defectum ignorantie. Secunda vero in christo fuit sed ex hoc nō sequitur q̄ aliquid didicerit de nouo. vel q̄ in scientia ꝓfecerit. sed solū q̄ aliquid considerauit intellectu excitato a potentia inferiori. Ad illud quod 59
obiicitur q̄ sensus eius poterat ꝺponere z tenere. dom q̄ illud nō facit ꝓfectum in cognitōne speculatōis. sed in cognitōne experimentali. qm illa que sensus componebat aut diuidebat. apud intellectū erant magis cognita. nō solū q̄tum ad essentias sed etiā q̄tum ad cōpositiones. ꝑm quas cōpositiones z diuisiones possūt formaliter variari. Unde secus est de cognitōne rerum in christo z in quocūq̄ angelo. Angeli enī potuerūt ꝓficere in cognitōne rerū. componēdo. diuidēdo. z cōferēdo. etiā cognitōne simplicis noticie. q̄uis non reciperent nouas spēs. xps vero minime ꝓpter cognitōnis plenitudinē z ꝓfectionem quam accepit aīam ei⁹ habere a ꝓncipio sue conditionis.

Questio III i

Utr̄ deus ꝺmunicauerit sanime xpi oīm potentiam. sicut cōmunicauit ei oīm sciētiā. Et q̄ sic videt ad ꝟbū ij. Dedit illi nomē quod est sup oīe nomē. ergo ei non dedit ei nomen sine re. dedit ergo illi virtutē sup omnē virtutē. z potentiā super omnē potentiā. ḡ dedit ei omnipotentiā. Item cum tria sint in anima. potentia sciētia z volūtas. vt vult Rich. volūtas ꝓsupponit sciētiā. z scientia ꝓsupponit potentiā. ergo natura q̄ē capax scientie est capax potentie. ergo que ē capax oīm scientie. est capax oīm potentie. sed anima xpi fuit capax oīs scientie. sicut supra ostensum fuit. ḡ fuit capax oīm potentie. Item amplioris extensionis est sciētia q̄ potētia. Omne enī quod ōs pōt. scit. sed nō conuertitur. sed quod capax est rei maioris. ē capax rei minoris. ergo si anima xpi fuit oīm scientie. fuit etiā capax oīm potentie. ḡ debuit deus ei cōmunicare omni potentiā. Itē posse scire vnū scibile est potentie. ergo posse scire duo scibilia est maioris potentie. z sic ꝓcedendo. ergo posse scire infinita scibilia est sume z infinite potentie. sz anima christi potuit scire infinita scibilia. ḡ deus cōmunicauit ei oīpotentiā. Item artifex materialis non solū ꝺmunicat filio suo sciētiā simplicis noticie. sz etiā sciētiā practicā. ergo multo fortius hāc ꝺs cōtulit anime christi. Sed scientia practica habet opationē coniunctā. z opatio habet potentiā prouiā. ḡ si ꝺs cōmunicauit aīe xpi scientiā practicā omnū rez. cōtulit ergo ei omnipotentiā. Itē sicut intellectus anie xpi cōiunctus est diuine sapiētie. ita etiam z virtus illius anime iūcta ē diuine potentie. Dicim⁹ enī xpm de virtutem z de sapiētiā. ergo sicut intellectus anime xpi ꝓpter cōiunctionē eius ad summā sapientiaz est factus omniscies. ita z virtus ꝓpter cōiunctionem cū sūma potētia debuit fieri omnipotēs. Sed cōtra. Omnis potētia creature sequit̄ ipam substantiam creature. sed omnis potētia ꝓcedit substātiā omnis creature. q̄ pt producere omne ens. ergo nulli creature cōmunicari potuit omnipotentia. Itē nihil habēs omnipotētiā pōt ab aliq̄ excedi vel superari. q̄ nihil est maius omnipotēte. sed necesse ē oēm creaturā a deo excedi z superari. ḡ impossibile est alicui creature omnipotētiam cōmunicari. Itē nullius substātie finite pōt esse virtus infinita. sic̄ ꝺr pbs. z rō manifestat. Sed omnipotentia est virtus infinita. ergo nulli substātie finite pōt

ꝯmunicari omnipotētia. ſz oīs creatura eſt ſubē finite cū ſit creata ī numero pōdere ⁊ mēſura. ḡ. ⁊c. Itē nulla virtus entis creati tranſcēdit ens. ſed omnipotētia trāſcēdit ens. q; ꝑt ꝛ nō ente facere ens. ḡ impoſſibile ē
60 alicui virtuti create dari omnipotētiaz. ℟. dōm. q; nec anie xꝑi nec alicui creature ꝑt oīpotētia cōmunicari. niſi eatenus q̄ cōicat ei nomē ⁊ excellētia diuinitatiſ. hoc eſt p cōicationē idiomatū. q̄ oꝝ hz exꝑſonali vnione. Sicut enī poſſumus dicere q; hō eſt ds. ita poſſumus dicere q; homo ē omnipotēs. Et ſic excellētia diuinitatis nulli cōicari ꝑt ſic forma ⁊ ꝓpꝛetas eidē inhērēs ſubſtātialr vel accētaliter. ſic etiā nec omnipotētia. Rō aūt quare oīpotētia cōicari ñ ꝑt alicui creature eſt q; oīs creatura eo ipo q; ex nihilo ē deficit a ſūma ſtabilitate. vñ nō exiſtit ꝑ ſeipam. Deficit a ſūma ſimplicitate vñ nō agit p ſe totā. Deficit a ſūma immēſitate vñ diſtare ꝑt ī ipa virtus a ſba. ⁊ quoniā ī ſe nō ſubſiſtit. nec a ſe. niſi ſuſtēretur a diuina potētia. ſō impoſſibile ē ipſā eē oīpotēt. nō enī ꝑt ſeipam ſuſtinere. Rurſus q̄niam ex ſe tota nō agit nō ꝑt ī tota rei ſubſtātiā. ⁊ ſō nō ꝑt eē oꝑs. cū nō poſſit totū ꝓducere. Poſtremo q; virtus eius diſtat a ſba. tātū ꝑt elōgari q; oīno deficiet. vñ nō ꝑt ī bia. Sicut ḡ ſoli deo ꝓuenit ſūma ſtabilitas. ſūma ſimplicitas. ſūma etiā immenſitas. ſic etiā oīpotētia q̄ neceſſario reqrit iſta tria. Et ſō oīpotētia cōicari nō ꝑt
61 alicui creature. nec aīe xꝑi nec alī. Et rōes q̄ hoc oſtendūt ſūt cōcedēde. Ad illud ꝛo qō obz q; dedit illi nomē qō eſt ſup oē nomē. dōm q; datio illi⁹ nomis fuit p ꝯmunicationē idiomatū. vt hō ille diceret eē ds ⁊ dei filiꝰ. De hac aūt cōicatōne nō intelligit ad ꝓpoſitū.
62 autoritas illa nihil facit ad ꝓpoſitū. Ad illud vero qō obz q; potētia antecedit ſcientiā. dōm q; potētia dicitur dupliciter reſpectu actus interioris. ⁊ reſpectu actus exterioris. Dicimus enī aliquē poſſe ſcire ⁊ velle. dicimus etiā poſſe opari. Cū ḡ dicim⁹ q; ī creatura potentia antecedit ſcientiā. hoc vez eſt reſpectu actus interioris. ſz nō exterioris. q; potētia opatiua cōſequit ſcientiā. Cū aūt dz omnipotētia eſſe in aliquo. hoc nō intelligit reſpectu actus interioris tm. ſed etiā reſpectu exterioris. ſō nō ſeqtur q; ſi in aliquo ſit omīs ſcientia q; in
63 eo ſit omnipotentia. Ad illd qō obz q; ampliorꝭ extenſionis ē ſciētia q̄ potentia. dōm q; eē maioris extēſionis ē duplr. vel reſpectu obiecti. vel reſpectu ſbiecti Si loquamur de extēſiōe reſpectu obiecti. maioris extēſionis eſt omniſciētia q̄ omnipotentia. q; reſpectu pluriū eſt. Si aūt loquamur de extēſiōe reſpectu ſubiecti. maioris amplitudinis ē oīpotētia q̄ omniſcia. q̄tuz ē de ꝓpꝛia rōne vtriuſq; Nā omnipotētia ponit ſubiectū ſuū oīno immēſū ⁊ infinitū. omniſciētia vo nō. ſicut in ꝓcedētibꝰ fuit oñſuz. Et ſō nō ſeqtur q; ſi alicui ſbiecto nature create poſſit ꝓmunicari oīſciētia. q; ꝓpter hoc poſſit ei cōicari oīpotētia. Cōicatio enī oīpotētie plus reſpicit amplitudinē ſubiecti q̄z obiecti. Ad illud qō 64
obz q; poſſe ſcire omne ſcibile ē poſſe. ⁊c. dōm q; cum anīa cognoſcat in vbo. cogſcere ipſius aīe plus ē in recipiēdo ab ipo verbo q̄z in agēdo in ipm vbū. ⁊ ſō poſſe ſcire aliqd ſcibile ī ipo vbo. ē potētie vtiqz actiue ⁊ paſſiue. ſz actiue ex ꝑte vbi illuminātis. paſſiue vo ex ꝑte aīe ſuſcipiētis. Cū ḡ inferk q; poſſe ſcire infinita ſit potētie infinite. dōm q; ex hoc nō ſeqtur q; ī creaturis ſit infinitas potētie actiue. ſed ī ipa ē infinitas potētie paſſiue. ⁊ hoc quidē nō repugnat creature licet ei repugnet infinitas potētie actiue. Quoniā ergo poſſe facere infinita dicit infinitatē potentie actiue. poſſe vo ſcire oīa dicit infinitatē potētie paſſiue. hinc ē q; q̄uis alicui creature ꝓueniat vt poſſit oīa ſcire. nec tñ cōuenit vt poſſit oīa facere. Et ſi tu obꝛcias q; ſcire nō tm ē pati verūtā agere. dōm q; hoc eſt vez de ſcia actuali. q q; dem ꝓſiſtit in actu iudicādi. ⁊ illa q̄dē ꝓpꝛietas eſt ſolꝰ dei nec potuit alicui creature cōicari. Sz nō eſt vez de cognitōe habituali. ſic in ꝓcedētibꝰ fuit oñſum. Ad il- 65
lud qō obꝛ q; de⁹ cōicare debuit xꝑo nō tm ſciam ſpeculatiuā verūtā practicā. dōm q; ſcia practica dz duobus modis. Uno mō dz ſcia practica q̄ eſt de opibꝰ. ſic moralis phia dz de ope q̄ eſt de opibꝰ ꝓcedētibꝰ a libera volūtate. Alio mō dz ſcia practica q̄ eſt de ope ⁊ in ope. ſic faber q̄ fabricat dz habere cognitionē practicā fabricādi. Primo mō cōicauit de⁹ ſciam practicā aīe xꝑi. q; xꝑs cognitionē habuit oīm opm diuinoꝝ. Scdo mō nō cōicauit ei. ꝓ eo q; aīa xꝑi in cūctis ſuis opibꝰ nō potuit ei cooperari. ſō nō eſt ſile de artifice ⁊ eiꝰ filio. q; filiꝰ artificis pōt equari in ſcia ⁊ virtute. nō ſic aūt aia xꝑi verbo Similē aūt erit ſi loquamur de xꝑo ſm diuinā naturā. Pr enī oīa demōſtrat filio. ⁊ quecūqz pater facit. hec oīa et 66
filius facit. ſicut dr Joh. v. Ad illud qō vltimo obz. q; ita vnit virtus virtuti ſicut intellectus ſapīe. dōz q; non eſt ſile ſicut iam ꝓdictū eſt. eo q; opatio intellectus in ſuſcipiēdo. opatio vero potētie actiue magis ꝓſiſtit in agēdo. Et huius ſignū eſt. q; multo excellētioris virtutis eſt aliquid poſſe facere. q̄z poſſe noſſe. multo enīz difficilius eſt facere vnam formicā q̄z cognoſcere celuz et terrā. Cognoſcēs enī eo ipo q; cognoſcēs non influit in ipm cognitū. potens vero in eo ipo q; potens eſt cōparat ad ipm poſſibile ſicut ad effectū. Et hinc eſt q; virtus operatiua in xꝑo non eſt facta oīpotens ſicut intellectus eius factus eſt omniſciēs.

Diſt. xv. Quō vbi ſeu incarnatio ordinat ad noſtrā redēptionē q̄tum ad defectum paſſibilitatis in generali.

Illud q̄z ꝑtermittendum nō eſt ⁊c. Supra egit magiſter de plenitudine gratie ⁊ cognitionis ī xꝑo. ex ꝑte humanitatis. in hac vero ꝑte intendit agere de defectu paſſibilitatis. Diuiditur aūt pars iſta in duas. In quaꝝ ꝑma agit de defectibus a xꝑo aſſūptis in generali. In ſcōa vero agit de paſſione doloris in ſpeciali. infra diſt. xvj. Ueruntamē magis mouent ac difficiliorem afferūt queſtionem ⁊c. Prima pars habet duas. In quarum prima veritatē explanat. In ſcōa vero veritatē explanatā multiplici autoritate confirmat. ibi. Sed quia nōnulli. Prima pars habet tres ꝑtes. In quaꝝ ꝑma agit de defectibꝰ reptis in xꝑo q̄tuz ad cōgruitatē. oñdens q; cōgruū fuit xꝑm tales defectꝰ in ſe hre. In ſcōa vo agit q̄tū ad generalitatē. inqrens Utrū oēs defectꝰ nōs ꝓtingat in xꝑo repiri. ibi. Tradit aūt auctas q; dñs nr. In tertia vo determinat q̄tū ad cauſalitatē. oñdens q; tales defectꝰ in xꝑo nō fuiſſe a natura ſz a volūtate. ibi. Dos aūt defectꝰ nō ꝓditionis ſue ⁊c. Silr ſcōa ꝑs in q̄ ꝓfirmat ꝑdeterminata bz tres ꝑtes. In q̄ꝝ ꝑma adducit auctes q̄ faciūt ad ꝛitatē. In ſcōa vo adiūgit auctes q̄ vidēt eē ꝛ ꝛitatē. ibi. Quedā tamen reperiuntur in ſanctorum autoritatibus ⁊c. In tertia vero explanando oſtendit in prędictis nō eſſe cōtrarietatem. ibi. Ne autem in ſacris litteris aliqua aduerſa diuerſitas ⁊c. Subdiuiſiones autem partiū manifeſte ſunt in littera.

De defectibus reptis in xp̃o q̃tum ad cõgruitatem oñdens q̃ cõgruum fuit xp̃m defectus humane nature in se habuisse.

DI·XV· Illud quoq; ꝑtermittẽdum nõ est q̃ dei filius naturã hois accepit passibilem animã passibilẽ carnẽ passibilem ⁊ mortalẽ. Vt eñ ꝓbaret vez corp⁹ habere suscepit defect⁹ corpis famẽ sitim ⁊ hmõi. Et vt verã aiam ꝓbaret hr̃e suscepit defect⁹ aie s. tristiciaz timorẽ dolorẽ ⁊ hmõi. Dis aũt sensus aie cõ. Mõ eñ caro sentit sz aĩa vtens corpe velut instrumẽto. Vñ Aug. sup Geñ in li. xij. Mõ corp⁹ sentit sz aĩa p corp⁹. q̃ velut nuncio vtit ad ꝓfirmandũ in seipa quod extrinsec⁹ nunciat. Sicut g̃ aĩa qõ foris est p corp⁹ tanq̃ p instr̃m videt ⁊ audit. ita etiam p corp⁹ q̃dam sentit mala q̃ sine corpe nõ sentiret. vt famẽ ⁊ sitim ⁊ hmõi. Vñ nõ imerito defectus corpis dicunt. Quedã aũt p corp⁹ imo etiã sine corpe sentit. vt ẽtimor ⁊ hmõi. Sentit g̃ aĩa dolores. Sz q̃sdam p instr̃m corpis. q̃sdam vero nõ. Suscepit aũt xp̃s sicut verã naturã hois. ita ⁊ veros defect⁹ hois. ꝑ nõ oẽs. Assũpsit eñ defectus pene. ꝑ nõ culpe. Nec tñ oẽs defect⁹ pene. sz eos oẽs q̃s hoi eũ assumere expediebat. ⁊ sue dignitati nõ derogabat. Sic̃ ei ꝓpter hoiem hõ factus ẽ. ita ꝓpter eũ hois defect⁹ suscepit. Suscepit ei defo. vt de suo nob tribueret. vt nr̃m tolleret defectũ. Suscepit ei nr̃am vetustatẽ. vt suam nobis infunderet nouitatẽ

Aug. in li. de trin. de hois ꝺfectibus q̃s assũpserat xp̃s in humana natura.

a Simplã ille accepit ve. tẽ Videt ꝓ inconueniẽter eẽ dictuz q̃ sile nõ ꝓsumitur p suũ sile immo auget. g̃ vetustas nr̃a ñ cõsumit̃ p vetustatẽ xp̃i assumptã. Prꝛterea qõ cõsumit aliud. ẽ illo porẽtius. g̃ si vetustas xp̃i cõsũpsit nr̃am. potiꝰ debuit eẽ dupla respectu nr̃e q̃ nr̃a dupla respectu sue. Prꝛterea vetustas xp̃i nõ ꝓsũpsit nr̃am nisi p modũ meriti. sz meritũ dz ꝓsumari ꝓmio. g̃ nec simpla nec dupla debuit eẽ respectu nr̃e sed eq̃lis. R⁹. di

a [a] Simplã ille accepit vetustatẽ id ẽ. pene. vt nr̃az duplã ꝓsumeret. i. pene ⁊ culpe.

Inq̃rit q̃tũ ad generalitatẽ vtrũ oẽs defectus nostros christus habuerit. b

Tradit aũt auctas q̃ dñs nr̃ in se suscepit oia ifirmitat̃ nr̃e ꝓter pctm̃. qõ nisi accipiat̃ de illis tm̃ q̃ eũ sumere ꝑ nob oportuit nec dedecuit. falsum eẽ ꝓbabit̃. Nõ ei assumpsit ignorãtiã aliquã. cũ sit ignorãtia q̃dã q̃ defect⁹ ẽ. nec pctm̃ ẽ. s. iḡrãtia inuincibil̃. Nã vincibil̃ pctm̃ ẽ. sit tñ de his est q̃ nobis expedit scire. Sũt eñ q̃dã q̃z scia nõ affert. vel iḡrãtia nõ ipedit salutẽ ⁊ forte taliũ rez ignorãtia defectus ñ ẽ. Cõstat aũt nob eẽ iḡrãtiã atq; difficultatẽ volẽdi vl̃ faciẽdi bonũ q̃ ad miseriã nr̃am ꝑtinẽt. Vñ Augu. i li. iij. de li. ar. Approbare inq̃t falsa ꝑ vers vt erret inuit⁹ ⁊ resistẽte atq; torquẽte dolore carnal̃ vinculi nõ posse a libidinosis opib⁹ tpare. nõ ẽ nã institutũ hois ꝑ pena dãnati. Exq̃ miseria peccãtib⁹ iustissime inflicta liberat dei gr̃a. q; sponte hõ libero arbitrio cadere potuit. ñ etiã surgere. Ad quã miseriã ptinet iḡrãtia ⁊ difficultas quã patit̃ ois hõ ab exordio natiuitat̃ sue. nec ab isto malo q̃sq̃ nisi gr̃a di liberat̃. Ece euidẽter dic̃ Aug. Ignorãtiã q̃ q̃sq̃ inuit⁹ falsa ꝑ vers approbat. ⁊ difficultatẽ q̃ nõ ꝑt̃ se tpare a malo. ad miseriã nr̃az ptinere. ⁊ penã eẽ hois. Hãt xp̃s nõ habuit. nõ g̃ accepit oẽs defect⁹ nr̃e infirmitat̃ ꝓter pctm̃. Sz forte aliq̃s dicet illa cẽ pcm̃ Cui obuiat illud qõ Aug. tradẽ vt ꝺ sz deũ inculpabiliter añ peccatũ i exordio ꝓditionis hoi potuisse indere vt essent ei nãliter in li. retracta. inq̃ens. Iḡrãtia ⁊ difficultas. etiã si eẽnt hois ꝑmortalia nãlia. nec sic eẽt culpã dus de⁹. ꝑ laudãd⁹. Sz si ꝺ hõi ꝑmortalio nãliter habuisset. nũq̃d eẽnt i eo defect⁹ ⁊ pene. Si defect⁹ vel pena ei indicta fuisz añ peccatũ. iniuste cũ eo agi videret̃ si añ culpã sentiret penã. Ob ꝺ sane dicim⁹ illa ñ fuisse ꝺfect⁹ vel penas. si nãliter homi infuissent. sic nõ fuit hoi añ peccatũ nõdũ gr̃am adepto defectus siue pena ñ posse ꝑficere. Sz postq̃ gr̃am recipit ꝑ quã ꝑficere potuit. ⁊ ad tps ꝑfec. eaq; culpa sua post amisit. silr̃ ꝑficiẽdi facultatẽ ꝓdidit. defect⁹ fuit ei ⁊ pena nõ posse ꝑficere. sz malũ declinare ⁊ bonũ facere. Oẽs g̃ defect⁹ nr̃os suscepit xp̃s ꝓter peccatũ q̃s ei ꝓueniebat suscipe ⁊ nob expediebat. Sũt ei plura egritudinũ genera ⁊ corpis vicia a qb⁹ oino immunis extitit. b Quos ei defectus habuit. vel ad oñsionẽ ve hũanitat̃. vt timorẽ ⁊ tristiciã vel ad ipletoz opis ad qõ venerat. vt passibilitatẽ ⁊ mortalita

cendũ q̃ taz pena q̃z culpa ad veterẽ hoiem ꝑtinet. q; in ꝑmaria ꝓditõe hõ fuit creatus absq; culpa ⁊ pena. et fm ꝺ duo in nobis ẽ dupler vetustas. In xp̃o aũt fuit pena sine culpa. ⁊ ideo vetustas simpla. Fuit eñ pena cũ gr̃a. Et ꝑ prerea ꝑ pensz xp̃i cuz gr̃a nos merebamur liberari a culpa ⁊ pena. ita q̃ vetustas pẽne iuncta nouitati gr̃e ꝓsumit duplicẽ vetustatẽ. salua oppositõe. salua tamen nihilominus debita ꝓportõe.

Iõ ꝺbuz Aug. in l̃ra vez est et rõnabile. Ad il lud qõ obr q̃ vetustas nõ oppoñt vetustati. dicendũ q̃ vez est rõne sui. opponitur tñ rõne nouitatis gr̃e ꝓmũcte. Et ꝑ ꝺ patz sequẽs. q; rõne gr̃e ꝓmuncte illa vetustas simpler excedit nr̃az duplicẽ. Propt̃ ꝺ eñ q̃ xp̃s gr̃am habuit ñ ad mẽsurã. ꝑfecte nob meruit liberationẽ a pena ⁊ culpa. b Quos eñ defect⁹ habuit ⁊c. Contra. si isti defect⁹ non sũt de vitate humane nature ñ faciũt ad ve humanitatis ostẽsionẽ. Q̃ aũt ñ sint de vitate humane nate ostẽdit Anselmus. talĩ rõne. Humana natura vno mõ ẽ ꝑfecta in statũ corruptois ⁊

Aug. I

Iḡrãtia ⁊ difficultatalis no fuit peccatum.

incorruptōnis · sed iſti defectus non competunt ei ſcōm ſtatum incorruptionis · ergo non ſunt de veritate humane nature · Itez chriſtus poſt reſurrectionem veram humanitatem oſtendit · et tamen ipſis apoſtolis defectus z penalitates nō oſtēdit · ergo nō videtur q̄ huiuſmodi defect⁹ faceret ad veritatis humane nature oſtenſionez

Ro · viij · 2 Reſponſio · Dicendum eſt · q̄ eſt oſtendere veritatez humane nature vl̄ ſimpliciter vel ſcōz ſtatum · Dico ergo q̄ huiuſmodi defectus aſſumpti fuerūt ad oſtēſionem vere humanitatis ſcōm ſtatum corruptionis · z ſic chriſt⁹ volebat oſtēdere · voluit enī ſe nobis conformare · in ſimilitudinem enī hominum factus ē vt dicit apoſtolus z habitu inuentus eſt vt homo · Ad illud quod obiicit · q̄ illud nō facit ad oſtenſionem vere humanitatis quod non eſt de

Eſa · liij · veritate humane nature · Dicēdum q̄ falſum ē

Barth · xxvj · Aliquod enī annexum alicui ſtatui humane nature poteſt eſſe oſtenſiuum veritatis · Accidētia enim magnā partem cōferūt ad cognoſcēduz quod quid eſt · cuius non ſit de

Ps · lxxxviij · tem vel ab immortalitatis deſperatione ſpem noſtram erigendam vt mortem ſuſcepit ·

Determinat ꝯtum ad cauſalitatem illos defectus in chriſto fuiſſe non a natura ſed a voluntate · c

Hos autem defectus nō cōditionis ſue neceſſitate ſed miſerationis voluntate ſuſcepit · Ceteros quidem habuit defect⁹ ſicut z nos · ſed non eadem cauſa · Nos enim ex peccato originali hos defectus trahimus · ſicut apoſtolus inſinuat dicens · Corpus quidem propter peccatum mortuuz eſt · i · neceſſitatem moriendi habuit ī ſe · Chriſtus autez nō ex peccato hmōi habuit defectus · quia ſine peccato eſt conceptus z natus · z ī terris conuerſatus · Sed ex ſola miſerationis volūtate de noſtro in ſe tranſtulit veram infirmitatem · ſicut accepit verā carnem · quā ſine omni infirmitate aſſumere potuit · ſicut abſq̄ culpa eandem ſuſcepit ·

Adducit auctoritates q̄ faciunt ad veritatem · xp̄m · ſ · ſm hominē ꝺe doloꝛes ſenſiſſe contra q̄ſdā hoc negātes · d

Sed quia nōnulli de ſenſu ī paſſione humanitatis xp̄i male ſenſiſſe inueniuntur · aſſerentes ſimilitudinē atq̄ imaginez paſſionis z doloꝛis xp̄m hoiem ptuliſſe · ſed nullum oīno doloꝛem vel paſſionē ſenſiſſe · autoꝛitatū teſtimonijs eos cōuincentes in dubitabile faciamus q̄ ſupꝛa diximus · Prophet⁹ Eſaias dicit · Vere langꝰoꝛes noſtros ipſe tulit z doloꝛes noſtros ipſe poꝛtauit · Et veritas ipſa in euangelio ait · Triſtis ē anima mea vſq̄ ad mortē · vbi etiā legitur · Cepit ihs pauere z tedere · Prophet⁹ etiā ex p̄ſona xp̄i ait · Repleta eſt malis aīa mea · Q̄ exponēs Aug · inquit · Nō vicijs z peccatis · ſz humanis malis · i · doloꝛib⁹ repleta fuit aīa xp̄i · q̄bus ipa cōpatitur carni · Nō enī doloꝛ coꝛpis pōt eē ſine aīa · Dolere aūt aīa etiā nō dolēte coꝛpe p̄t · Ihos ār hūane infirmitatis affectus ſiē ipaz carnē ac mortē nō ꝓditōis neceſſitate · ſz miſeratōis volū tate ſuſcepit · Amb · etiā in li · iij de trini · ait · Scriptū eſt · Pr̄ ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte · Timet ḡ xp̄s · z dū petr⁹ nō timet · xp̄s timet · Petrus dixit Aiam meā ponā p te · Xp̄s dic · Aīa mea turbat · Utrūq̄ vez eſt z rōnis plenū · q̄ z ille q̄ ē inferioꝛ nō timet · z ille q̄ ſupioꝛ ē gerit timētis affectū · Idē ī eodē · Et hō turbat · vt hō fiet · vt hō crucifigat p nām hois z tedi uit z reſurrexit · Nō turbat ei⁹ virt⁹ · Nō turbat ei⁹ diuitas · ſz turbat aīa · ſm hūane fragilitatis aſſumptōz turbat · Nā q̄ ſuſcepit aīaz · ſuſcepit etiā aīe paſſionez · nō enī eo q̄ de⁹ erat aut turbari potuit aut mori · Idē in eodē · Suſcepit triſticiā meam · ꝓfiditer triſticiā nolo q̄ crucē p dico · vt hō habuit triſticiā quā in eo ſuſcepit affectu · mihi cōpatit · mihi triſtis ē · mihi dolet · Ergo p me z in me doluit · q̄ p ſe nihil habuit qd̄ doleret · Doles igitur dñe ihu vulnera mea nō tua · q̄z tu nō p te ſz p me doles · Hiero · q̄ in explanatōe fidei ait · Nos ita dicim⁹ hominē paſſibilē a deo filio ſuſceptū vt deitas impaſſibilis pmaneret · paſſus eſt eiꝰ filius dei nō putatiue ſz ve oīa q̄ ſcḡptura teſtat · ſm illud qd̄ pati poterat · ſ · ſm ſubſtātiā aſſūptā · Licet ḡ ꝑſona filij ſuſcepit paſſibilē hoiem · ita tñ ei⁹ hitatōe ſm ſubam ſuā nil paſſa ē vt tota trinitas quā impaſſibilē neceſſe eſt ꝓfiteri · Ihis aliiſq̄ auctatib⁹ pſpicuū fit xp̄z ve paſſibilē aſſūpſiſſe hoiez · atq̄ in eo defect⁹ z affect⁹ nr̄e infirmitat⁊ ſuſcepiſſe · ſz volūtate nō neceſſitate ꝓditōis ·

Adungit auctes q̄ videnꝫ eſſe ꝓtra veritatem · e

c Quedā tñ repiunt in ſctōz c

eſſentia rei · Ad vltimum patet reſpōſio per ea que dicta ſunt · c Quedam tamen reperiunt · zē · Videtur q̄ ille auctoritates verum dicant q̄ dicunt chriſtum non timuiſſe. Amb · Scribitur enim z Math · primo · Johannis · iiij · Perfecta charitas foras mittit timorem · ſed chriſtus perfectiſſimam habuit charitatem · ergo nullus in eo videtur timoꝛ fuiſſe · Itez Auguſtinus libro · lxxxiij · queſtionum · Signum perfectionis eſt nullus timoꝛ · ſed in chriſto fuit ſumma perfectio · ergo nullus omnino fuit in eo timoꝛ · Item nullus timet quod pōt effugere · ſed chriſtus certus erat omnem penam ſe poſſe effugere ergo videtur · q̄ nihil timebat ·

Amb · Math · xxvj · Joh · x · Joh · xij ·

Bº · Dōm · q̄ ꝫ timoꝛ eſt in triplici differentia Quidam enim ē gratuitus · quidam libidinoſ⁹ · quidam naturalis q̄ inter vtrūq̄ medius · Timoꝛ autem gratuitus eſt in triplici differentia Quidam eſt timoꝛ pene · quidam eſt timoꝛ offenſe · quidam reuerentie · Prima z ſecunda differentia non fuit in chriſto pro eo q̄ perfecta charitas foras mittit timoꝛem vtq̄ · ſed ſcōm ter

Hiero ·

De paſſiōe z ꝓpaſſiōe timoꝛis et triſticie.

ciam differenti/
am fuit in chri/
sto. quia sic a p/
fecta charitate ñ
expellitur. ⁊ po
tius consumma
tur. ꝓm illō Esa.
xj. Replebit cū
spiritus timoris
domini. Et ꝓm
illō ps. Timor
domini sanctus
permanet in se/
culum seculi Et
per hoc patet re
sponsio ad ꝓmū
obiectum. Est
etiam alius ti/
mor libidinosus
⁊ ille similiter in
multiplici diffe
rentia est. Quia
est timor mun/
danus. ⁊ est ti/
mor humanus.
⁊ nullus istorum
fuit in christo.
nec etiam in vi
ro perfecto. ⁊ sic
intelligitur ver
bum Augustini
q̄ signum perfe
ctionis est nullꝰ
timor. ⁊ per hoc
patet responsio
ad secundū. Est
iterum timor in
tertia differen/
tia. Timor scili/
cet naturalis. et
iste est in tripli/
ci differentia.
Quidam enī sē/
sualitatis ꝓuene
nētis rationem
Quidam sensu/
alitatis subiacē/
tis rationi. qui/
dam vero ipsiꝰ
partis rationa/
lis. Primus ti/
morē nature co/
rupte. ⁊ quodā/
modo inordina/
te. similiter ⁊ ter
tius. Secundꝰ
vero est nature
corrupte. sed ta/
men ordinate.
Quoniam ergo
in christo q̄ntus
esſz æffectus paſ
sibilitatis. nō ta
men fuit æffectꝰ

Ps. xxj. Aug.

j. Pe. ij.

Amb. Math. xxvj. Job. Job xiij.

Math. xxvj

Phil. j.

Hiero. super euangelium.

De passiōe ⁊ ꝓpassiōe timoris et tristicie.

tractatibꝰ q̄ ꝓmissis aduersari
videt. Mā sup illū locū psalmi.
Clamaui ⁊ nō exaudies. Aug.
Tradere videt xp̄m nec ꝛe ti
muisse. nec ꝛe tristatū eē dicēs
sic. Quō hō dic̄ q̄ pctm̄ ñ feē nec
inuētus ē dolꝰ in ore eiꝰ. ꝑ de no
bis corpe suo hō dic̄. Corpis enī
sui. i. ecclie gerebat psonā. Sic̄
⁊ alibi cū dic̄. Trāseat a me ca
lix iste. ꝓ nob̄ loq̄tur. nisi forte
putaꝝ timuisse mori. Sz nō ꝛe
timebat dñs pati tertia die re
surrectur. cū arderet paulꝰ disſo
lui ⁊ eē cū xp̄o. Nō enī fortior
est miles q̄ imperator. Miles ei
coronādus gauderet mori. ⁊ dñs
coronaturꝰ timet mortē. Sz in
firmitatē nr̄am repūtans ꝓ suis in
firmis q̄ timēt mori hō dixit
Vox illoꝝ erat. Hiero. etiā ait.
Erubescāt q̄ putāt saluatorē ti
muisse mortem. ⁊ passiōis, pa
uore dixisse transeat a me calix
iste.

Explanando ostendit in p̄
dictis non esse contrarieta
tem. f

Me aūt in sacris lr̄is aliq̄ di
uersa aduersitas eē puteṫ hanc
auctatū ꝛba in hūc modū acci
pieda dicim. vt nō ꝛitatē timo
ris ⁊ tristicie vel ꝓpassionē. ꝑ ti
moris ⁊ tristicie necessitatem ⁊
passionē a xp̄o remouisse intel
liganṫ. Habuit ei xp̄s vez timo
rē ⁊ tristiciā in nā hois. ꝑ nō sic̄
nos q̄ sumꝰ mēbra eiꝰ. Nos enī
pctī nr̄i his defectibꝰ necessa
rio subiacem. ⁊ in nob̄ sunt isti
defectꝰ ꝓm ꝓpassionē ⁊ passio
nē. ꝑ in xp̄o nō nisi ꝓm ꝓpassio
nē. Sic̄ enī in pctis gradꝰ q̄daz
notanṫ ꝓpassio ⁊ passio. ita ⁊ i
his penalibꝰ affectibꝰ. Afficit
enī q̄s interdū timore vel tristi
cia itaꝝ mētis intellectꝰ nō in
de moueaṫ a rectitudie vel dei
ꝓplatiōe. ⁊ tūc ꝓpassio ē. aliq̄
ꝛo mouet ⁊ turbaṫ tūc pas
sio ē. Xp̄s ꝛo nō fuit ita turbatꝰ
in aia timore vl tristicia vt a re
ctitudine vel dei ꝓplatōe ali
q̄ten. declinaret. ꝓm quē modū
intelligit cū dr nō timuisse vel
tristis fuisse. Unde Hiero. sup
Math. vbi legit. Cepit ꝓtrista
ri ⁊ mestus eē. Et veritatē in
q̄t, pbaret assumpti hois vere
ꝓtristatꝰ est. ꝑ nō passio ei dñat
aīo. vez ꝓpassio ē. Vñ ait. Cepit
ꝓtristari. Aliud ē enī ꝓtrista
ri. aliud incipe cōtristari. Nō ē
aliter ꝓtristat q̄s p ꝓpassionē
alit p passionē. Ideoq̄ ꝓm hāc
distinctōz aliq̄n dr xp̄s nō vere
timuisse. aliq̄n vere timuisse. q̄
vez timorē habuit ⁊ tristiciā. ꝑ
nō ꝓm passionē neq̄ ex necessi
tate cōditōis. Vñ Aug. ex his
causis volens assumi dictoꝝ
intelligentiā dicit xp̄m nō vere
timuisse vel tristatū eē. ⁊ in cō
tinēti verā tristiciam habuisse.
His verbis infirmos in se ꝓsi
gnans dñs ait. Pater si fieri ꝓt
trāseat a me calix iste. Nō enīz
ꝛe timebat dñs pati tertia die
resurrectur. cū arderet paulꝰ
dissolui ⁊ eē cum xp̄o. Iste gau
det coronādus. ⁊ tristis est do
minus coronaturus. Ecce hic
videtur tristiciā ⁊ timorē a xp̄o
remouere. Cōtinuo aūt subiū
xit. ꝑ tristiciā sic assumpsit quō
carnē. Fuit cū tristis sic euan
geliū dicit. Si cū tristis nō fu
it cū euangeliū dicat. tristis est
anima mea ⁊c. g̃ ⁊ q̄n dicit. dor
miuit tibi. nō dormit. vel q̄n
dicit māducāsse nō māducauit
⁊ ita nihil sanum relinquit. vt
dicatur etiam quia corpus nō
erat verum. Quicquid g̃ de il
lo scriptum est. verum est ⁊ fa
